**N**on debet clericus indui monachico habitu. nec laicorum uestibus uti. et uir si utetur ueste muliebri. anathema est Aut mulier si uirili utetur indumento. anathema est.

*A76 (D85) — cf. B158 (I156, O138), which adapts and combines this canon with material adapted from C219*

*Source (*non debet ... utetur indumento*)* *ÆLFRIC Ep.2.193 (ed. Fehr, 56)*

*Source (*anathema est*)* *unidentified*

[C81] **BASILIUS EPISCOPUS**

**C**um excommunicato neque orare. neque loqui. neque uesci cuique licebit.

*A77 (D86) — cf. I171/O166, which combines this canon with other material (especially DGRE.590.†1334)*

---

[3] This witness of *Coll.vet.Gall.* shares unique readings with *Coll.Wig.C* 145/*D* 205.

*Source* *Coll.quad. 4.253 (ascribed to Basil in MS **J** and Vatican, Biblioteca Apostolica Vaticana, Lat. 1352) — BEN.AN. Cod.reg. 17 (eds Holste–Brockie, 196), partial, abbrev. adapted; cf. ISIDORE, Regula 18 (ed. Campos, 117, lines 454–55)*

[C82] **CANON SANCTORUM PATRUM**
**S**i quis a proprio episcopo communione priuatus est. non ante suscipiatur ab aliis. quam suo reconcilietur episcopo. aut certe ad sinodum quę congregatur occurrens. pro se satisfaciat. {id. est emendat. *gl. sup. lin.*} Hęc autem difinitio maneat circa laicos et presbiteros et diacones. omnesque qui sub regula esse mon[p. 33]strantur.
*A78 (D87)*
*Source* *cf. Coll.vet.Gall. 17.12e (Stuttgart HB VI 112 only),*[4] *which has 'quam a suo' and 'certe si ad synodum' — CANT.328.6 (Dion.II), abbrev.*

[C83] **C**anonum auctoritas prohibet ne quis episcopus aut clericus assensum prebeat in morte cuiuslibet hominis. siue latronis. siue raptoris. seu homicidę. ne innocentiam perdat.
*A79 (D88) — cf. B161 (I159, O141), which abbreviates this canon*
*Source* *ÆLFRIC Ep.2.191 (ed. Fehr, 56), adapted*

[C84] **CANON PATRUM**
**S**i quis episcopus dampnatus a sinodo. uel presbiter. aut diaconus a suo episcopo ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere. siue episcopus iuxta precedentem consuetudinem. siue presbiter aut diaconus. nullo modo liceat ei nec in alio sinodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis. sed et communicantes ei omnes abici de ęcclesia. et maxime si postea quam didicerint aduersum memoratos. prolatam fuisse sententiam: eisdem communicare temptauerint.
*A80 (D89)*
*Source* *Coll.vet.Gall. 17.12b (Stuttgart HB VI 112 only)*[5] *— CANT.328.4 (Dion.II)*

[C85] **CANON PATRUM**
**S**i quis episcopus aut aliquis ordinatus in consuetudine ebriosus fuerit. aut desinat aut deponatur.
*A81 (D90)*
*Source* *Coll.quad. 4.167; PECU.700.1.1 — cf. PTHU.700.1,1.1*

[C86] **BASILIUS**
**S**i quis detraxerit eo qui preest. VII a conuentu ęcclesiastico dies separatus. ut maria soror aaron quę detraxerat moysi peniteat.
*A82 (D91)*
*Source* *Coll.quad. 4.158 — cf. BASIL–RVFINVS Regula 44 (ed. Zelzer, 88)*

[C87] **CANON APOSTOLORUM**

---

[4] This witness of *Coll.vet.Gall.* shares unique readings with *Coll.Wig.C* 145/*D* 205.

[5] This witness of *Coll.vet.Gall.* shares unique readings with *Coll.Wig.C* 145/*D* 205.

**P**resbiter aut diaconus qui in fornicatione aut periurio uel furta aut homicidio captus est. deponatur.

*A83 (D92); O42; B34 (I36, O–)*

*Source* *Coll.quad. 4.40; PHAL.800.5.4; Reg.adauct.Chrod. 64 — Can.apost.25, adapted | first half*

[C88] **CANON NICENSIS**

**I**nterdicit per omnia magna sinodus. non episcopo. non presbitero. uel diacono. nec alicui omnino qui in clero est licere subintroductam mulierem habere.

*A84 (D93); B32 (I34, O–) — cf. O145, which draws on CNIC.325.3 more fully*

*Source* *Coll.quad. 4.43; PHAL.800.5.8; Coll.Dach. 1.49, first half— CNIC.325.3 (Dion.II), first half*

[C89] **SINODUS DICIT**

**Q**uicumque in inlicito matrimonio fuerint post penitentiam. non debent fieri in una domo. ne se inuicem causa amoris copulauerint.

*A85 (D94); B138 (I137, O119)*

*Source* *Coll.Hib.B 49.32 (MS* ***A****, fol. 111v), adapted. Note: this canon not found in Coll.Hib.A 47*

[C90] **ITEM**

**C**anones docent. ut si quis acceperit uiduam. aut dimissam mulierem. aut qui bis duxerit uxorem. numquam fiat diaconus. numquam sacerdos.

*A86 (D95); B33 (I35, O–); O146*

*Source* *ÆLFRIC Ep.2.113 (ed. Fehr, 48), adapted*

[C91] **ITEM**

**M**uliere mortua. licet uiro post mensem accipere alteram. [p. 34] Post annum licet mulieri accipere alterum uirum.

*A87 (D96); B127 (I126, O108)*

*Source* *PTHU.700.2,12.10, adapted*

[C92] **DE ABSTINENTIA**

**G**reci et romani tribus diebus abstinent se a mulieribus ante panes propositionis sicut in lege scriptum est.

*A88 (D97)*

*Source* *PTHU.700.1,12.3*

[C93] **SINODUS AGATENSIS**

**S**eculares qui in natali domini et pascha. et pentecosten. non communicauerint. catholici esse non credantur.

*A89 (D98); B44 (I46, O–)*

*Source* *Coll.Hib.B 44.19 (MS* ***A****, fol. 91r). Note: this canon not found in Coll.Hib.A 42 — CAGD.506.18, abbrev., adapted*

[C94] **CANON AFFRICANUS**

**P**lacuit ut secundum euuangelicam disciplinam neque dimissus ab uxore. neque dimissa a marito alteri coniugatur. sed ita maneant aut sibimet reconcilientur.

*A90 (D99); C141 — cf. B131 (I130, O112), which combines C141 (which duplicates this canon) with C140/D117*

| | |
|---|---|
| *Source* | *Coll.quad. 4.60; PHAL.800.4.10; Coll.Dach. 1.74 — Reg.eccl.Cart.exc. 102 (= Conc.Milev. 17) \| first sentence* |

[C95] **INNOCENTIUS PAPA**

**Q**ui uiuente uxore quam dimisit duxerit aliam. et qui dimissam duxerit. uterque adulter est. Dominus in euuangelio dicit. Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit. mechatur. Et qui dimissam duxerit: mech[e]tur. {mechatur *corr.*} {Mt 19:9}

*A91 (D100–01)*

| | |
|---|---|
| *Source (*qui uiuente ... adulter est*)* | *Coll.quad. 4.61, first sentence — DINN.401.293, c. 6 (ed. Wurm, 73, lines 5–7), adapted. Note: both Coll.quad. and DINN.401.293 continue to quote Mt 19:9 (as in the present canon), but in abbreviated form.* |
| *Source (*dominus ...mechatur*)* | *Coll.quad. 4.59, first sentence; Mt 19:9. Note: 'qui dimissam duxerit mechatur' probably omitted in D101 through homoioteleuton.* |

[C96] **HIERONIMUS DICIT**

**S**ola fornicatio est quę uxores uincit affectum. immo cum illa unam carnem in aliam diuiserit. et se fornicatione separabit a marito. non debet teneri. ne uirum quoque sub maledicto faciat. dicente scriptura. Qui adulteram tenet. stultus et impius est. {Prv 18:22} Ubicumque igitur fornicatio est libere uxor dimittitur. et quia poterat accidere. ut aliquis calumpniam faceret innocenti. et ob secundam copulam nuptiarum ueteri crimen inpingeret. sic priorem dimittere iubetur uxorem. ut secundam prima uiuente non habeat. Quod enim dicit. tale est si non propter libidinem. sed propter iniuriam dimittis uxorem.

*A92 (D102)*

| | |
|---|---|
| *Source* | *Coll.quad. 4.59, partial — Jerome, Comm.in Mat.libri IV, lib. 3, vers. 19:9 (eds Hurst–Adriaen, 167, lines 764–74)* |

[C97] **ITEM HIERONIMUS**

**S**i uir siue mulier ex consensu religionem cepit. licet alterum accipere nouum coniugium. sed puellam uel puerum.

*A93 (D103) — cf. B129 (I128, O110), which combines this canon with C142/D118 and the first part of C146/D206*

| | |
|---|---|
| *Source* | *Coll.Hib.A 46.5, adapted. Note: this canon not found in Coll.Hib.B.* |

[C98] **CANON AFFRICANUS**

**S**acerdos penitentiam imploranti: [p. 35] absque persone acceptione penitencię leges imperet.

*A94 (D104)*

| | |
|---|---|
| *Source* | *Coll.quad. 4.21; cf. Coll.Dach. 1.12, PHAL.800.3.1b and Coll.vet.Gall. 64.1, which have 'iniungat' for 'imperet' — SEA 18 (= Carthage IV, 74)* |

[C99] **CANON AFFRICANUS**
**P**enitentes secundum canones non debent communicare ante consummationem penitentię. Nos autem pro misericordia miserantis dei. post annum. uel duos. uel tres. licentiam damus.
*A95 (D105); B45 (I47, O–)*
*Source* *PPTH.800.39.4 (ed. van Rhijn, 100, lines 10–12); cf. PECU.700.14.6 — PTHU.700.1,12.4 | adapted*

[C100] **BASILII EPISCOPI**
**P**enitentem ex corde ita oportet suscipi. sicut dominus ostendit cum dicit. quia conuocat amicos et uicinos dicens. Congratulamini mihi quia inueni ouem meam quam perdideram. {Lc 15:6}
*A96 (D106) — cf. I166/O161, which combines this canon with Coll.quad. 4.26 and further penitential material; D172*
*Source* *Coll.quad. 4.24 — BASIL–RVFINVS Regula, 27 (ed. Zelzer, 75)*

[C101] **ITEM BASILIUS**
**E**rga eum qui pro peccato non penitet. tales esse debemus. sicut dominus precepit dicens. sit tibi sicut gentilis et publicanus. {Mt 18:17}
*A97 (D107) — cf. I166/O161, which draws on the same source more fully, and combines this canon with Coll.quad. 4.24 and further penitential material; D172; Wulfstan's Admon.sp.doctr., which incorporates this canon*
*Source* *Coll.quad. 4.26 — BASIL–RVFINVS Regula, 28 (ed. Zelzer, 75) | first half*

[C102] **CANON AURELIANENSIS**
**P**enitentiam coniugatis. non nisi ex consensu dandam.
*A98 (D108)*
*Source* *Coll.quad. 27; Coll.Dach. 1.13; Coll.vet.Gall. 64.25 — Coll.Arel. 22*

[C103] **SINODUS ROMANA**
**F**ilii cum ad annos pubertatis uenerint. cogantur aut uxores ducere. aut continentiam profiteri. sic et filię eadem ętate debent eandem legem seruare.
*A99 (D109); B124 (I123, O105)*
*Source* *Coll.Hib.B 56.6 (MS **A**, fol. 119v), adapted; cf. Coll.Hib.A 66.16, which has 'prosectari ecclesiae filiae vero' for 'profiteri sic et filię'*

[C104] **CANON AFFRICANUS**
**P**enitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio penitentię tempora decernantur.
*A100 (D110) — cf. O13 first sentence*
*Source* *Coll.quad. 4.14; Coll.Dach. 1.11; cf. Coll.vet.Gall., which ascribes this canon to 'Concilio Hypone regio' — CCAR.397.30a (= Reg.eccl.Cart.exc. 43a; Carthage III, 31)*

[C105] **DE LAPSIS ROMANI DICUNT.**
**Q**ui cum gradu cecidit. sine gradu consurgat. contentus nomine tantum. Ęcontra in apocalipsi. memento unde cecideris. et age penitentiam. et opera tua priora fac. {Apc 2:5}
*A101 (D111) — cf. O43, which incoporates this canon*

*Source (*DE LAPSIS ... nomine tantum*)* *Synod.II Patric. 10 (ed. Breen, 113, lines 38–40), abrev.; 'qui cum gradu cecidit sine gradu consurgat': also in Coll.Hib.B 13.1 (MS **A**, fol. 14v)*
*Source (*ROMANI DICUNT*)* *unidentified*
*Source (*memento ...priora fac*)* *Apc 2:5; cf. Coll.Hib.B 13.4 (MS **A**, fol. 15r)/Coll.Hib.A 11.4a, which quotes the same scriptural passage, but with different word order*

[C106] **DE HOMICIDIA**

Si quis clericus homicidium fecerit. X annos exul peniteat. III ex his in pane et aqua. post hęc recipiatur in patria si bene egerit penitentiam testimonio comprobatus episcopi uel sacerdotis. uel cui commissus fuerit quod bene penituit. et satisfaciat parentibus eius quem occidit. Si autem non satisfecerit parentibus illius: numquam recipiatur in patria. sed more cain uagus et profugus sit super terram. {Gn 4:12} [p. 36] Si homicidium casu fecerit. id est non uolens. V annos peniteat. III ex his in pane et aqua. Si ad homicidium consenserit. et factum fuerit. VII annos peniteat. III ex his in pane et aqua. Si uoluerit et non perfecerit. I annum peniteat. Si quis alium percusserit et sanguinem funderit. XL diebus in pane et aqua peniteat. Si diaconus. VII menses. si presbiter annum I. Qui occiderit monachum aut clericum. arma relinquat. et deo seruiat in monasterio. uel VII annos exul peniteat. Qui episcopum. uel presbiterum occiderit. regis iudicium est. Qui laicum. odii meditatione. uel possidende hereditatis eius. III uel V uel VII. Qui pro uindicta fratris. annum I et in sequentibus duobus III quadragesimas. ac legitimas ferias. Qui per iram subitam alium occiderit, III uel V annos. qui casu I annum. Qui in bello publico. dies XL. qui iubente domino suo seruus. dies XL. Liber qui iubente maiore suo. innocentem occiderit. I annum et in sequentibus duobus, III quadragesimas et legitimas ferias. Qui per rixam ictu debilem. uel deformem hominem fecerit. reddat inpensas in medicos. et maculę pretium. et opus eius donec sanetur restituet et dimidium annum peniteat. Si uero non habet unde restituet hęc. annum integrum. Qui ad feriendum hominem surrexerit. uolens eum occidere. III septimanas peniteat. Quod et si uulnerauerit dies XL. Si clericus. I annum. sed et pecuniam pro modo uulneris. licet lex non commendet. Mulier partum suum ante dies XL sponte perdens. annum I peniteat. Si uero post XL dies, III annos. Si uero postquam animatus fuerit. quasi homicida. sed distat multum utrum paupercula. pre difficultate nutriendi. aut fornicaria. causa sceleris celandi faciat.

*A102 (D–) — cf. B166 (I164, O–), which adds 'si laicus laicum occiderit XL dies abstineat ab ęclesia et ieiunet in pane et aqua et post ut sacerdos iudicauerit peniteat' to the end of the first part of this canon*

*Source (*si quis clericus ... si presbiter annum I*)* *PREM.700.8.1–6, abbrev.; cf. PBUR.700.1–3 + 26 — 'si quis clericus ... sit super terram': PCOB.1, abbrev., adapted; 'si quis alium percusserit ... si presbiter annum I': PCOB.9, adapted*
*Source (*qui occiderit ... regis iudicium est*)* *PECU.700.6.6; PREM.700.8.57–8, abbrev. — PTHU.700.1,4.5, abbrev. | adapted*
*Source (*qui laicum odii ... celandi faciat*)* *PBEA.800.1.2–11 (ed. Albers, 404, but as edited from London, British Library, Royal 5 E. xiii, fol. 72r–v by Cross–Hamer, Canon law, 111), abbrev.; cf. PBED.700.4.2–12, which has slightly different wording — 'qui laicum odii ... quadragesimas et legitimas ferias': PTHU.700.1,4.2, 4, 6, 7, adapted; 'qui per rixam ... hęc annum integrum':*

*PCUM.600.9–10; 'qui ad feriendum ... lex non commendet': PVIN.500.6–9, adapted; 'mulier partum ... si uero post XL dies III annos': PTHU.1,14.27, adapted*

[C107] [p. 37] **DE REMEDIO NEGLEGENTIE BAPTISMI.**
Parens cuius filius per neglegentiam non baptizatus obiit, I annum peniteat. et numquam sine aliqua penitentia sit. Si sacerdos ad quem pertinebat uocatus uenire neglegit ipse dampnatione animę. iudicio episcopi sui castigetur. Sed et omnibus licet fidelibus ubi forte morituros inuenerint non baptizatos. immo preceptum est animas eripere a diabolo per baptisma. id est benedicta simpliciter aqua in nomine domini. baptizare illos in nomine patris et filii et spiritus sancti. intinctos. aut superfusos aqua. Vnde oportet eos qui possunt fideles monachos. maxime et scientiam baptizandi. et si longius alicubi exierint eucharistiam semper secum habere.
*A103 (D–)*
*Source* *PBEA.800.1.37–9 (ed. Albers, 403); cf. PBED.700.3.40–2, which has slightly different wording*

[C108] **EX CONCILIO BRACARENSI.**
De his qui sibi quacumque neglegentia mortem inferunt eorum commemoratio in oblatione non fiat. Similiter et de his qui pro suis sceleribus puniuntur. placuit ut hi qui sibi ipsis aut per ferrum. aut per uenenum. aut per precipitium. {suffocat. scilicet sancta sinodus elegit *gl. sup. lin.*} aut suspendium. uel quolibet modo uiolente inferunt mortem. nulla pro illis in oblationem commemoratio fiat. neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurparunt; Similiter et de his placuit fieri. qui pro suis sceleribus puniuntur.
*A104 (D–) — cf. O73, which adapts the first sentence*
*Source (*de his qui ... sceleribus puniuntur*)* *Coll.quad. 4.97, rubric; Coll.Dach. 1.105, rubric*
*Source (*placuit ut ... sceleribus puniuntur*)* *Coll.quad. 4.97; Coll.Dach. 1.105 — CBRA.561.16*

** * * Cross–Hamer's 'Recension A' ends here * * **

[C109] **INCIPIT EXCERPTIO DE CANONIBVS CATHOLICORUM PATRVM VEL PENITENTIALE[6] AD REMEDIVM ANIMARVM DOMNI ECHBERHTI ARCHIEPISCOPI EBORACE CIVITATIS**
**I**nstitutio illa quę fiebat in diebus patrum nostrorum rectas uias numquam deseruit. Qui instituerunt penitentibus atque lugentibus suas passiones ac uitia. medicamenta salutis ęternę. quia diuersitas culparum diuersitatem facit penitentibus [p. 38] medicamentum. {*sic*} Nam si medici corporum diuersa medicamenta uel potiones solent facere contra diuersitatem infirmitatum. uel si iudices secularium causarum diuersa iudicia recte atque diligenter tractant.

---
6 penitentiale] -le *written* ł *as if* uel

quomodo recte iudicent inter miseros et diuites. inter causam et causam. quanto magis sacerdotes dei diuersa medicamenta animarum inuisibilium hominibus pensare et tractare oportet. ne per stultum medicum uulnera animarum fiant peiora propheta dicente: conputruerunt et deteriauerunt {*sic*} cicatrices męę a facie insipientię męę. {Ps 37:6} O stulte medice. noli decipere animam tuam et illius. ne publicam {*sic*} pęnam accipias. uel septuplum. uel millenam. Audi christum dicentem. si cecus cecum duxerit. nonne ambo in foueam cadunt? {Lc 6:39} Non intellegis quod iudex iustus et fortis. uidet. et audit. et in palam abscondita deducet. et reddet unicuique secundum opera ipsorum. Vere sunt nonnulli cecorum sacerdotum. canum similitudine currentium ad cadauera mortuorum. uel more coruorum uolantium. qui dum ad sacerdotium euehuntur non propter deum. sed plus propter honorem terrenum. inhiantes lucra terrena. ceci diuina sapientia. De talibus dixit gregorius nazazenus. Timeo quod canes adsectantur officium pastorale maxime cum in semetipsis nihil pastoralis preparauerunt discipline. Ezechiel namque ait. Ve pastoribus israel qui pascebant semetipsos et non greges meos. lac bibebant et lanis eorum operiebantur. Et quod confractum fuit non alligabant. et quod crassum fuit manducabant. et cetera. {Ez 34:2–4} Item ezechiel ait. Ve sacerdotibus qui comedunt peccata populi mei. {Os 4:8; cf. Ez 44:29} hoc est sibi eorum sumentes uictimas. [p. 39] et non orantes pro eis. comedentes hostias. et non corripientes. Qui ubi morituros homines audiunt. inde gaudentes preparant se ad predam. quasi corui ad cadauera mortuorum. Nunc ergo fratres qui uoluerit sacerdotalem auctoritatem accipere. in primis propter deum cogitet. et preparet arma eius antequam manus episcopi tangat caput ipsius. id est salterium. lectionarium. antiphonarium. missalem. baptisterium. martirlogium. in anni circulum ad predicationem. et compotum {gerim *gl. sup. lin.*} cum cyclo. hoc est ius sacerdotum. postea autem penitentialem. Qui hoc ordine secundum auctoritatem canonum ordinandus est ut discretiones omnium causarum inuestiget. sine quibus rectum iudicium non potest stare. quia scriptum est. In ulla re non appareas indiscretus sed distingue. quid ubi. quamdiu. quando. uel qualiter debeas facere. Non omnibus ergo in una eademque libra pensandum est licet uno constringantur uitio. sed discretio sit inter unumquemque eorum hoc est inter diuitem et pauperem. liberum et seruum. infantem et puerum. iuuenem et adolescentem. atque etate senem. hebetem et gnarum. laicum et clericum. siue monachum. episcopum. presbiterum. diaconem. subdiaconem. lectorem. In gradu positum. uel sine in coniugio. uel sine. inter uirginem et feminam. canonicam. uel sanctimonialem. inter debiles. et infirmos. uel sanos. et de qualitate corporum. uel hominum. Continentes uel incontinentes. uoluntate uel casu. in publico uel in abscondito. quali conpunctione emendet. necessitate uel uoluntate. loca. [p. 40] et tempora discernantur. Hanc institutionem conlationum constituerunt sancti apostoli. deinde sancti patres. Deinde alii atque alii. ut hieronimus. augustinus. gregorius. et theodorus. ex quorum omnium ista descripsimus dictis et sententius {*sic*} ueraciter. ut salui sint omnes. et non pusillanimes. quia potentes potenter tormenta patiuntur. Item in iesu fili sirac. in iudicando esto misericors. pupillis ut pater. et pro uiro matri illorum. {cf. Dt 27:19; Ier 5:28; Lc 6:36} Item sanctus iacobus dicit. Iudicium sine misericordia erit. illi qui non facit misericordiam. Et superexaltat autem misericordia iudicium. {Iac 2:13} ut idem ipse consequatur. ut ait sanctus benedictus. Hoc est ueram penitentiam facere. in ieiunio. et fletu. in

elemosinis. in orationibus. et perpetrata iterum non facere. et si fecerit tamen non perseueret. in eis. {cf. Ioel 2:12} quia deus dixit. Malum cogitasti. ignoui. malum dixisti. ignoui. malum fecisti. ignoui. perseuerare in malo. non ignosco. {cf. Sir 21:1} Ergo eis qui perseuerint in malo. non ignosce. sed iudica iudicium districtum secundum canones. ut alii timorem habeant.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 10[i]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 160)*

*D168; MS **J**, fols. Iv–3r (coll. [as 'B'] CED, III, 416–18); MS **P**$_1$, fols 147v–149r; Pontifical.Lanalet. (ed. DOBLE, 125–27) — cf. Pontifical.Ecgb. (ed. BANTING, 5–7), which lacks the apparently distinctive English readings in the passage 'liberum et seruum ... uoluntate uel casu' (see CED, III, 417 n. 34); C132/D200 and I166/O161, each of which adapts differently the passage 'non omnibus ergo ... et tempora discernantur'*

| | |
|---|---|
| *Source* | *PECG.700.pref., with some readings apparently distinctive to the English tradition of this text — 'ezechiel ait ...non corripientes': Coll.Hib.A 2.17.a/Coll.Hib.B 2.19 (MS **A**, fol. 8v); 'in ulla re ... qualiter debeas facere': ISIDORE, Syn. 2.78* |

[C110] **HĘC SUNT CAPITULA CRIMINA**

*(**C**, pp. 40–50): PECG.700*

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 10[ii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 160)*

*D173*

[p. 50...]

[C111] **DE EGRIS QUI IEIUNARE NON POSSUNT**

**P**retium uiri uel ancille pro mense uel anno. In euuangelio. Mulier paupercula pro quadrante laudatur. plusquam potentes pro pretio magno. {cf. Mc 12:42–4} Et ideo qui potest implere quod in penitentiali scriptum est. hoc ualde bonum est. Quia per corpus peccat. per corpus et peniteat. Qui autem ieiunare non potest. secundum posse pauperibus elemosinam tribuat. id est pro unaquaque die denarium. uel II uel III. et in unaquaque ebdomada ieiunet diem I uel II uel III. et dimittat debitoribus. id est peccantibus in se conuertatque peccatores ab errore.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 11[i]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 161)*

*cf. D174, which abbreviates this canon; O19; MS **E**, p. 125; 'quia per corpus peccat per corpus peniteat': also in C195, D171, I166/O161, O19, O160*

| | |
|---|---|
| *Source (*pretium uiri ...mense uel anno*)* | *Coll.Wig.O 19, first sentence — MS **E**, p. 125* |
| *Source (*in euuangelio ... pretio magno*)* | *unidentified* |
| *Source (*et ideo ...denarium. uel II uel III*)* | *Coll.Wig.O 19, partial, abbrev. — MS **E**, abbrev.* |
| *Source (*et in unaquaque ... uel II uel III*)* | *MS **E**, p. 125. Note: this passage probably omitted in O19 through homoioteleuton* |
| *Source (*et dimittat debitoribus ... ab errore*)* | *Coll.Wig.O 19, last sentence — MS **E**, p. 125* |

[C112] **ITEM**

**P**ro anno donet in elemosinam solidos XXX. Secundo anno XX. Tertio anno XV solidos. Potentes autem potenter peniteant. uel penitentiam potenter redimant. id est ut zacheus dixit. Domine dimidium bonorum et reliqua. et si aliquid defraudaui reddo quadruplum. {Lc 19:8} Et qui potest de terra aliquid ecclesiis dei conferre in elemosinam conferat. Et de mancipiis propriis dimittat liberos. ac captiuos redimat. et quod iniuste egit. ab illo die non repetat sed uiriliter peniteat

*Note: 'conferat' is missing in both O21 and MS **E**, p. 125, but is in PPTH.800.49.13 (the source for both MS **E**, p. 125 at this point, and for Coll.Wig.C 196)*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 11[ii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 161)*
*cf. D175, which adapts this canon; O20–1; MS **E**, p. 125; C196, which draws afresh on PPTH.800.49.13*
*Source* *Coll.Wig.O 20–1, adapted slightly and with additional material from Lc 19:18 added — MS **E**, p. 125.*
*Source (*sed uiriliter peniteat*)* *unidentified*

[C113] **ALIA**
**C**antatio unius missę. pro [***]bus {duobus *corr.*} diebus. Tres missę pro ebdomada. XII missę pro mense duodecies. XII missę pro anno.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 11[iii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 161)*
*D176 — cf. O22, which reads 'tribus' for 'duobus'; MS **E**, p. 125*
*Source* *Coll.Wig.O 22 — MS **E**, p. 125*

[C114] **ITEM.**
**P**ro uno die. L salmos cum genuflectionibus uel salterium totum sine genuflectione.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 11[iv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 161)*
*D177; O23 — cf. MS **E**, p. 125*
*Source* *Coll.Wig.O 23 — MS **E**, p. 125*

[C115] **L**egimus in penitentiale pro criminalibus [p. 51] culpis annum I uel II aut III. siue IIII$^{or}$ aut V uel VI penitentiam agere in pane et aqua. uel pro aliis minutis culpis. diem I aut ebdomadam. uel mensem unum siue dimidium annum. Sed hęc causa ardua et difficilis est et istis iam temporibus id suadere penitentibus non possumus. Et ideo qui ita non potest consilium damus. ut unusquisque penitens in aliis piis operibus quantum potest studeat diluere peccata sua. Id est in orationibus et salmis. ac uigiliis et elemosinis. et assiduis lamentationibus siue in cruce stando. aut sepius flectendo. necnon et in susceptione pauperum. et ieiunet sicut uenerabilis presbiter beda ordinauit. Ita enim dicit. Penitentia semper isto ordine seruata sit. Ab uno anno et deinceps. de qualecumque peccato. id est in unaquaque ebdomada III dies sine uino et medone et carne[*] {carne *corr.*} ieiunet ad uesperam et manducet de sicco cibo. et quadragesimas semper de sicco cibo. et ieiunet III dies ad nonam. et III ad uesperam. In diebus dominicis et festiuitatibus precipuis faciat caritatem sicut sui compares clerici. uel laici faciunt.
*Note: D178 is at times slightly more, at times slightly less faithful to the source than C115*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 11[v]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 161)*
*D178 — cf. O18*
*Source* *Coll.Wig.O 18, partial. Note: C115/D178 replaces O18's 'uiuat' with 'et ieiunet III dies ad nonam et III ad uesperam' (from the original source) — PPTH.800.15.42–3 (ed. van Rhijn, 44–5, lines 133–56), adapted*

[C116] **DE CONFESSIONE FIDELIUM ACCIPIENDIS.** {*sic*} **QUALITER PRO MODULO ET QUANTITATE PECCATI SIT PENITENTIĘ TEMPORIS INSTITUTIO.**

**Q**uerendum namque est sacerdoti. cum accipit quorumlibet fidelium confessionem peccatorum qualiter ipsum peccatum primum perpetratum sit. aut si postea iteratum. aut frequenter perpetratum. Si sponte. si coactus. si per ebrietatem uel per quodlibet aliud ingenium factum sit. Et cum inuenerit unde radix illi {*sic*} peccati processit. tunc congruam adhibeat medicinam. [p. 52] Secundum canonem itaque autenticorum patrum esse debet. et non secundum placitum hominis. nec in hac parte uoluntas aut gratia hominis sectanda est. sed uoluntas dei omnibus exquirenda. quatinus dignis precibus et penitudine digna placari possit omnipotentis uindictam quam suo uitio prouocauit.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 155–56; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[i]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D170*
*Source* *THEODVLF Cap.2, 3.1–2 (weit.rezept.), abbrev.*

[C117] **DE PRESBITERO SI NON PROHIBEAT ADULTERIUM**

**P**resbiter si in domum suam adulterium {adulterum *corr.*} uel adulteram retinuerit et quod nefas est consenserit adulterium in domo sua fieri. sciat se sui gradus honore priuandum. Si uero hoc in plebe sibi commissa reppererit. et statim si uires suppetunt {id est si sufferre possunt *gl. sup. lin.*} non emendauerit. sed siluerit et consenserit adulteris. aut propter potentiam. aut propter illorum beneficium. sciat se cum depalatum fuerit excommunicandum. Si uero ille quantum potuit et increpauit et ammouit[7] et excommunicauit. et non potuit illud malum uitare animam suam liberauit. Verumtamen cum omni studio debet archidiacono suo. et archidiaconus episcopo nuntiare.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 153–54; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[ii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D179*
*Source* *THEODVLF Cap.2, 2.1 (weit.rezept.)*

[C118] **DE INCESTIS.**

**D**e incestis omni studio perquirendum est sacerdotibus per homines ueraces. et timorem dei ante oculos habentes. et si repertum fuerit. statim aut per se emendare studeant. aut cum adiutorio archidiaconi et episcopi. hoc ipsum extirpare satagant. {desiderant *gl. in mg.*} ne tanto flagitiis scelere et illi polluantur et pereant. et alii eorum uicinitate omnipotentis dei iram incurrant.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 154; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[iii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D180*
*Source* *THEODVLF Cap.2, 2.2 (weit.rezept.)*

[C119] **DE HOMICIDIIS.**

**S**i quis uoluntarię et per insidias homicidium perpetrauerit. {fecerit *gl. sup. lin.*} iugi se penitentia submittat. Et si hoc publice actum constat. Si laicus est ponat arma et omnem secularem militiam

[7] ammouit] *corr. from* ammonit *?*

et publice satisfaciat. ita ut XL diebus extra ęcclesiam [p. 53] foris ad hostium oret. quibus in pane et aqua exactis. a communione. orationum quinquennio remoueatur. Post quinquennium tantum in orationem communionum recipiatur. non offerat. non corpus domini omnino adtingat. in quo perdurans XIIII annos. tunc ad plenam communionem cum oblatione recipiatur. Et si mors antea preoccupauerit. circa exitum uitę hanc consequatur humanitatem. ut uiaticum accipiat et eucharistiam. Abstinentia igitur illius sit in arbitrio sacerdotis. ut secundum personam et possibilitatem. sic ei inponatur et abstinentia ciborum. Si autem occultum sit. occultę similiter agat. ut superius insertum tenetur.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 158–59; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[iv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D181*

| | |
|---|---|
| *Source* | *THEODVLF Cap.2, 4.1 (weit.rezept.) — 'si quis uoluntarię ... penitentia submittat' and 'circa exitum uitę': CANC.314.21/22 (Isidori vulg.), abbrev., adapted* |
| *Source (*et si mors antea preoccupauerit*)* | *unidentified* |

[C120] **ITEM**

**S**i quis casu non uolens homicidium perpetrauerit. prior quidem regula post VII annorum penitentiam communione sociauit. secundum grados constitutos. Hęc uero archirani {*sic*} concilii diffinitio quinquennii temporis tribuit. ita uidelicet. ut XL diebus foris ęcclesię ad hostium stet. quibus peractis. biennio ab oratione ceterorum fidelium segregetur non communicet. non offerat. post biennium recipiatur in communione orationum et offerat. non tamen communicet. Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis manebit. secundum personam et qualitatem hominis. sic et pondus abstinentię erit.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 159; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[v]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D182*

| | |
|---|---|
| *Source* | *THEODVLF Cap.2, 4.2 (weit.rezept.) — 'si quis casu ... constitutos' and 'quinquennii temporis tribuit': CANC.314.22/23 (Isidori vulg.), abbrev., adapted* |

*The following four canons have been added in the outer margin of **C**, p. 53, which has since been trimmed leaving lacunae in these marginal additions. The additions are so placed on the page as to make them seem like glosses to C120, though their subject matter (mothers committing abortion) clearly links them with C121. The hand that makes these additions is roughly contemporary with that of the main scribe (Ker, Catalogue, 94) and is the same that makes additions to **C**, pp. 54–5.*

[C120a] Mulier quę occidit filium suum homicidium facit. XV annos peniteat. et numquam mutet nisi dominicis dieb[us]

| | |
|---|---|
| *Source* | *cf. PECU.700.6.9; PMEA(Me$_1$).700.162 — PTHU.700.1,14.25* |

[C120b] Si paupercula sit. qu[od] leuius iudicauerunt secund[um] qualitatem culpe et facultatum possessio[nem] ut VII annos peniteat

| | |
|---|---|
| *Source* | *cf. PTHU.700.1,14.26; PECU.700.6.10* |
| *Source (*quod leuius ... possessionem*)* | *unidentified* |

[C120c] Mulier que concepit [et] occidit infantem suum ante XL dies in utero [...] annum peniteat. Si postea ut homicida peniteat. id es[t] IIII annos. IIII feria et [...] et III XLmas.
*Source (*mulier ... homicida peniteat*)* *cf. PBED.700.4.12; PECU.700.6.11 — PTHU.700.1,14.27*
*Source (*id est ... XLmas*)* *cf. PTHU.700.1,14.24*

[C120d] Mulier abstineat se a uiro suo sanctus gregorius precipit et uir eam. quoadusque prole[m] quę gignitur. ablactetur et Theodorus III menses. ante partum quando concepit. et post dies purgat[i]onis. dies et noctes XL
*Source (*mulier ... a uiro suo*)* *cf. PECG.700.7.1; PBIG.700.2,9.3; PPTH.800.11.2 — PTHU.700.2,12.3*
*Source (*et uir eam ... ablactetur*)* *DGRE.590.1843, c. 8 (eds Ewald–Hartmann, 339, line 3), adapted*[8]
*Source (*III menses ... noctes XL*)* *cf. PECG.700.7.1; PBIG.700.2,9.3; PPTH.800.11.2, first part — PTHU.700.2,12.3, adapted*

[C121] **DE MULIERIBVS**
**M**ulieres quę fornicantur et partus suos necant. secum agunt ut utero conceptus {*sic*} excutiant. {id est expellant *gl. sup. lin.*} antiqua quidem difinitio. usque ad exitum uitę eas ab ęcclesia remouit. humanius autem nunc secundum archirani {*sic*} consilii definitionem. X annorum tempus penitentię submittuntur. ita uidelicet ut XL diebus foris ad hostium ęcclesie orent. quibus peractis annorum IIII^or spatia a communone fidelium. et oblationum [p. 54] remoueantur. exinde in communione orationum recepte decennii tempus impleant. et propter humanitatem eucharistiam post actam penitentiam accipiant. Erit tamen in arbitrio sacerdotis. utrum post perfectionem penitentie ad corpus christi accedere debeant. secundum quod eas uiderit conpunctas. et lacrimis adsuetas. et deuotionem magnam habentes. Ciborum abstinentia erit in sacerdotis prouidentia. secundum quod eas uiderit posse ex persona qualitatis.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 160–61; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[vi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D183*
*Source* *THEODVLF Cap.2, 5.1 (weit.rezept.) — 'mulieres quę ... nunc' and 'X annorum penitentię': CANC.314.20/21 (Isidori vulg.), abbrev., adapted*

[C122] **ITEM**
**M**ulier quę duobus fratribus nupserit. abici debere usque ad diem mortis. sed propter humanitates non in extremis suis sacramentis reconciliari oportet. ita tamen ut prius soluatur coniugium. et maneat innupta et uir eius absque uxore. simili penitentia subdatur. Quod si duo fratres cum una femina fornicati fuerint. nescientes alter alterius fornicationem. statim ut cognouerint adulterium qui eam habet uxorem. dimittat. Et ille quidem post actam penitentiam. si uxor defuncta fuerit

[8] The reading here corresponds closest to the so-called 'Capitula' and 'Letter' versions of the *Libellus responsionum*, which read 'ad eius uero concubitum uir suus accedere non debet quoadusque [*var.* quod adusque] prolis quae gignitur ablactetur' (see Copenhagen, Kongelige Bibliotek, Ny Kgl. Sam. 58 [8°], fol. 102v for 'Letter' version, and Milan, Biblioteca Ambrosiana, S.33 sup., fol. 279r for 'Captula' version).

potest alteri sociari. illa uiuente nequaquam. Illa numquam alterius poterit in coniugium adsumi. sed iugi penitentia submissa ad exitum uitę communionis gratiam percipiat.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 161; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[vii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D184*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 5.2–3 (weit.rezept.) — 'mulier quę ... ita tamen ut': CNEO.315.2 (Isidori vulg.), partial*

[C123] **DE HIS QUI FILIUM OPPRIMUNT.**

**M**ulier quę dormiens filium suum obpresserit. et mortuus fuerit. VII annos peniteat. uir eius si in domo illius fuerit: IIII^or. Si uero in uno lecto simili modo peniteant. II annos in pane et aqua. reliquos. IIII^or. secundum quod sacerdos uiderit illos posse. ita eis abstinentiam inponat ciborum.

*(coll. [as '$O_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 162; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[viii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D185*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 5.4 (weit.rezept.)*

*The following three canons have been added in the outer margin of **C**, p. 54 by the same hand that copied canons 120c–d and 125a–b. The additions are so placed on the page as to make them seem like glosses to C123.*

[C123a] Qui necat filium suum sine baptismo. canon iudicabit ut X annos peniteat. sed per misericordiam VII.

*Source* *cf. PMEA.700.112 — PTHU.700.1,14.30, adapted*

[C123b] Mulieres quę abortiuum faciunt antequam animam habeat. I annum uel III quadragessimas. uel XL dies iuxta qualitatem culpe peniteat.

*Source* *PTHU.700.1,14.24, first part*

[C123c] Bigamus {twihæmed *gl. sup. lin.*} unum annum peniteat. id est IIII feria. et VI feria abstineat se a carne. þæt is se þe tuwa wifað. Trigamus {þryhæmed. se þe þriwa wifað *gl. sup. lin.*} similiter III quadragessimas peniteat.

*Note: 'twihæmed' and 'þæt is se þe tuwa wifað' should be taken together as a gloss of 'bigamus'.*

*Source* *cf. PECU.700.3.19–20; PPTH.800.13.16–17 — PTHU.700.1,14.2–3, partial, abbrev., adapted*

[C124] **NE** {*sic*} **ADULTER**

**M**ulier habens uirum. si adulterium perpetrauerit. et occulte ad confessionem uenerit: VII annis peniteat. III in pane et aqua. ceteros IIII^or. in prouidentia sacerdotis qualiter eam uiderit posse. ita ei ciborum abstinentiam inponat. Similiter et uir habens uxorem si adulterium perpetrauerit: [p. 55] per triennium non communicet.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 162; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[ix]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D192*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 5.5 (weit.rezept.)*

[C125] **ITEM**
**S**i cuius uxor adulterium perpetrauerit. et hoc a uiro deprehensum fuerit et publicatum. dimittat uxorem si uoluerit propter fornicationem. Illa uero secundum quod superius insertum est publice agat penitentiam. Vir uero eius illa uiuente nullatenus habebit licentiam aliam ducere uxorem: quod si uoluerit adulteram sibi reconciliare licentiam habeat: ita tamen ut pariter cum illa penitentiam agat. Exacta penitentia ad communionis gratias sicut superius continetur insertum. uterque accedat. Similis forma et in muliere seruabitur. si eam uir eius adulterauerit. habet potestatem dimittendi uirum propter fornicationem. maneat tamen innupta. quamdiu uir eius uixerit. Quia nec illa habet potestatem aliam accipere illa uiuente. ne {nec *corr.*} illa alium uirum ducere illo uiuente. habent tamen potestatem sibimetipsis reconciliari.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 162–63; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[x]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D193*
*Source* *THEODVLF Cap.2, 5.6 (weit.rezept.)*

*The following two canons have been added in the outer margin of* ***C****, p. 55, which has since been trimmed leaving lacunae in these marginal additions. They were added by the same hand that copied canons 120c–d and 123a–c, and are so placed on the page as to make them seem like glosses to C125.*

[C125a] Sacerdos semper considera[re] debet personam seu faculta[tem] uel quomodo edoctus. a[ut] qualiter contigerit in omni pa[enit]entia et confessione. et i[ta] auctoritas sacerdotalis circa infirmum moder[etur] in quantum deus adiuua[re] dignetur cum omni dilige[n]tia conseruetur.
*Source* *cf. PECU.700.7.17 — PTHU.700.1,15.5, partial, adapted*

[C125b] Laicum pellentem uxorem propriam sine iudicio episcop[i] et alteram duxerit uel ab alio dimissam. commun[i]one priuetur.
*cf. C339*
*Source* *Can.apost. 48 (Dion.II), adapted*
*Source (*sine iudicio episcopi*)* *unidentified*

[C126] **DE FURTO**
**S**i quis furtum fecerit. VII annos peniteat. III in pane et aqua secundum furti qualitatem. ita et modus erit penitentia. Qui periurauerit: similiter VII annos peniteat.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 164; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[xi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D194*
*Source* *THEODVLF Cap.2, 6.1–2 (weit.rezept.)*

[C127] **DE FALSO TESTIMONIO**
**Q**ui falsum testimonium dixerit. et eius testimonium alicui nocuerit. VII annos peniteat. ita tamen ut ille qui falsum testimonium dixerit dampnum restituat homini illi cui per falsum testimonium

nocuit. et tunc poterit ad ueram penitentiam uenire. Si autem hoc facere noluerit. si facit tamen postea. sciat se in uacuum penitentiam agere.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 164; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[xii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D195*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 6.3 (weit.rezept.)*

[C128] **DE INCESTUOSIS**

**D**e his qui inrationabiliter uersati sunt uel uersantur id est de his qui cum pecoribus cogitu {*sic*} mixti sunt. aut more pecorum incesta commisserunt cum consanguineis. aut cum masculis concubuerunt. Quotquot [p. 56] igitur ante uicesimum ętatis suę annum tale crimen admiserunt. XV annis penitentia exacta. orationibus tantum incipiant participari. et quinquennium alterum in communione simplici perdurantes. post uicesimum cum oblatione ad communionem suscipiantur. Discutiatur autem et uita eorum quę fuerit tempore penitentie. et ita hanc humanitate {*sic*} consequantur. Quod si qui perseuerantius abusi sunt hoc crimine. prolixius tempus habeant penitentie. Quotquot uero exacta XX annorum ętate et uxores habentes in hoc crimen inciderint. XX que[9] annis penitentia acta ad communionem orationum tantum. Altero uero quinquennio perdurantes. plenam cum oblatione recipiant communionem. Quod si et uxores habentes et excedentes quinquagesimum ętatis suę annum. ad exitum uitę tantum communionem mereantur. Hii uero qui sicut muta uixerint animalia et se et alios huiusmodi peccatis tabe {*sic*} contaminauerunt. statutum est tempus penitentię inter eos orare et stare debere. qui tempestate iactantur. et spiritu inmundo uexantur. Hoc de his qui publice ad confessionem uenerint. et publice penitentiam egerint. Quod si occulte actum est. et occulte ad sacerdotem uenerint. et puram confessionem fecerint. occulte penitere debeat. {*sic*} secundum ętatis modum quod superius continetur. Ita uidelicet ut si ante uicesimum etatis annum aliquid aut per ignorantiam hoc egit. aut forte ignorabat tale esse crimen. lenius erga eum agendum est. hoc in sacerdotis pendebat arbitrio. qui diligenter discutere debet. qualiter in hoc scelus delapsus sit. aut quam longo tempore in illo scelere uersatus est. et tunc secundum [p. 57] quod ab illo penitente confessum fuerit ita illi modus penitentię adhibeatur. uidelicet quod si per ignorantiam hoc egit semel. aut bis. et statim ut cognouit graue esse scelus dimisit. ut humanius loquamur. VII annos peniteat. III abstineat a carne et uino.[10] non communicet. non offerat. et omni se lamento subiciat. Ceteros IIII^or secundum modum fragilitatis. in arbitrio sacerdotis erit abstinentia ciborum. Quod si longiori tempore in hoc crimine uersatus est. et postquam nouit illud scelus magnum esse peccatum. et commonitus iterum atque iterum hoc perpetrauit sicut superius continetur insertum ita peniteat. Primum. XV annos ab omni communione fidelium segregatus. per illos XV annos non offerat. non communicet ad orationem cum ceteris christianis in ęcclesia non stet. Quibus exactis. tantum ad communionem orationum suscipiatur. Ex quibus XV annis. V a carne et uino

---

[9] que] *read* quinque

[10] uino] *corr. from* uiro *?*

abstineat. Deinde postea. XX annis expletis. si bene cum lacrimis et cum omni deuotione penitentiam egit. ad plenam communionem et reconciliationem suscipiatur. Similiter et de ceteris temporibus supra insertis obseruandum est.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 164–68; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[xiii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D196*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 7.1–10 (weit.rezept.) — 'de his qui ... communionem mereantur': CANC.314.15/16 (Isidori antiq.), abbrev.; 'qui sicut muta ... tempestate iactantur': CANC.314.16/17 (Isidori antiq.), abbrev., adapted*

[C129] **DE SACERDOTI** {*sic*} **LAPSU**

**S**i quis presbiter adulterium perpetrauerit. si depalatum et publice factum. ab ordine sacerdotii cessabit. et publica penitentia X annorum purgabitur. Quod si occulte hoc fecerit. et occulte ad confessionem uenerit. occulte ei penitentia inponatur. Quod si ille se lacrimis et orationibus deuotissime cotidie lauerit et elemosinarum exhibitione peccata sua extinguere curauerit. si occultum est poterit occulte in suo permanens gradu agere penitentiam. Similis forma et de diaconibus [p. 58] et his qui in sacris ordinibus constituti sunt seruanda est. Ita uidelicet. ut diaconus VII annos peniteat. subdiaconus V secundum prefixos gradus usque ad ultimum.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 168–69; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[xiv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D197*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 8.1–2 (weit.rezept.), abbrev.*

[C130] **DE CARITATE FRATERNA**[11]

**P**resbiteri inter se caritatem mutuam habentes. procul omni fastu superbię et inuidię mordacitate exemplum subditis donantes. non rapaces. non cupidi. non uinolenti. non procaces. non rixosi. non calumpniam cuiquam ficientes. {*sic*} sed in omnibus semetipsos inreprehensibiliter custodientes formam salutis plebibus monstrent. quatenus eorum exemplis ad ęternam uitam. et morum probitate proficiant et humilitate subleuentur.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 171; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[xv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D198*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 9.1 (weit.rezept.)*

[C131] **DE SACERDOTALI AMMONITIONE**

**S**acerdos cum a fidelibus confessionem accipit. inter cetera debet eum ammonere. ut de octo principalibus uitiis confessionem faciant. et emendationem promittant ad penitentię medicinam.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 172; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 12[xvi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D199*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 10.1 (weit.rezept.)*

---

[11] fraterna] frat *with macron over* t

[C132] **DE TEMPERANTIA PENITENTIĘ**

**P**ro capitalibus criminibus id est sacrilegiis. homicidiis. adulteriis. et his similibus sancti patres constituerunt. spatium penitentię secundum mensuram et secundum ordinem cuiusque. Non enim omnibus in una libra pensandum est. licet in uno constringantur uitio. sed sit temperata discretio. inter fortem uidelicet atque infirmum. inter iuuenem et senem. inter liberum et seruum. inter pauperem et potentem. inter clericum quoque et laicum. Vulgo enim dictum est. Quanto ascensus altior. tanto casus grauior. Quanto autem quisque altioris ordinis fuerit: tanto debet maioris esse continentię. Quapropter quia multa paucis uerbis explicare non possumus. saltim pronuntiamus quia pro pre[p. 59]scriptis criminibus et eis similibus quidam constituerunt laico penitentiam. IIII annorum. uel si seruus est duorum annorum canonico V. subdiacono VI. diacono VII. presbitero X annorum. episcopo autem XII annorum. Pro peccatis itaque leuioribus leuigandum iudicabant modum penitentię. Parricidiis uero et aliis nefandis criminibus omnimodo arctam constituerunt penitentię mensuram.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 13a)*

*cf. D200, which substitutes 'hos et illos ut superius insinuatur' for 'fortem uidelicet ... et laicum'; I165, which combines this canon with material from Caesarius's Ep.encyclica; O9; I166/O161, which adapts some of the same source material differently; C109/D168*

| | |
|---|---|
| *Source (*pro capitalibus ... ordinem cuiusque*)* | *unidentified, but cf. Coll.quad. 4.40 (~ Can.apost. 25)* |
| *Source (*non enim .. quoque et laicum*)* | *PECG.700.pref., but only as in Coll.Wig.C 109/D 168 and other English witnesses to this text*[12] *\| abbrev., adapted* |
| *Source (*vulgo enim ... continentię*)* | *unidentified, but cf. BEDE, In Luc.exp. 2, vers. 7:16 (ed. Hurst, CCSL 120, 159, lines 2332–334); HINCMAR De divort.Lothar.regis et Theutberg.reginae, Appendix, resp. 7 (ed. Böhringer, 259, lines 14–16)* |
| *Source (*quapropter ... constituerunt*)* | *unidentified* |
| *Source (*laico ... penitentię mensuram*)* | *unidentified, but cf. PHAL.800.6.2* |

[C133] **QUOD NULLI SIT ULTIMA PENITENTIA DENEGANDA**

**V**era ergo ad deum conuersio in ultimis positorum mente potius est estimanda quam tempore propheta {*sic*} hoc taliter asserente. In quacumque die peccator conuersus fuerit. ingemueritque: saluus erit. {cf. Ez 33:12} Et euangelicus sermo dicit. Gaudium est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. quam super nonaginta nouem iustos qui non indigent penitentiam. {Lc 15:7; 15:10} Cum ergo dominus sit cordis inspector {cf. Prv 24:12} quouis tempore non est deneganda penitentia postulanti. cum illi se obliget iudici cui occulta omnia nouerit reuelari. Dominus enim per ezechielem prophetam cum iureiurando promisit dicens. Viuo ego nolo mortem peccatoris. sed magis ut conuertatur et uiuat. {Ez 33:11} Item dicit. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis. et fecerit iudicium et iustitiam. uita uiuet et non morietur. {Ez 18:21} Heu quam terribiliter iterum dicit. Si auerterit iustus a iustitia sua et fecerit

[12] One English witness to PECG.700.pref., Paris, Bibliothèque nationale, Lat. 10575, does not share these distinctive readings.

iniquitatem. omnes iustitię eius quas fecerat non recordabuntur. in peccato enim suo quod peccauit. in ipso morietur. {Ez 18:24} Unumquemque enim deus de suo fine. non de uita preterita iudicat. Non enim inchoantibus premium promittitur: sed perseuerantibus [p. 60] datur. Nunc igitur simus melioris consilii nobismetipsis. adtendentes illud propheticum isaie. Lauamini mundi estote. auferte malitiam de cordibus uestris. Quiescite agere peruerse discite benefacere. et si fuerint peccata uestra ut coccinum. quasi nix dealbabuntur. {Is 1:16–17} Ambulemus igitur fratres. dum lucem habemus. ne nos tenebre conprehendant. {cf. Io 12:35} nec differamus de die in diem {cf. Sir 5:8} dum nescimus si uel unius diei spatium habemus. Qui sequitur me inquid dominus non ambulat in tenebris sed habebit lumen uitę; {Io 8:12} Satis alienus est a fide. qui ad agendam penitentiam tempora senectutis expectat. Metuendum est ne dum sperat misericordiam. incidat in mortem. Salomon enim dicit. Spes qui {*sic*} differtur. affligit animam. {Prv 13:12} Et isidorus dixit. Qui male agere non desistunt. uana indulgentiam de dei pietate requirunt. Corrigemus igitur nosmetipsos. et indulgentie spem habeamus. Nulla tam grauis est culpa. quę non habeat ueniam. Qui enim ueniam de peccato desperat: plus desperatione quam de peccato cadit. Desperatio {ortrywða *gl. sup. lin.*} peior est omni peccato. Nulla itaque securitas nos a penitentię intentione suspendat. Multi enim se credebant longo tempore uiuere. et ita illos mors repentina subtraxit. ut nec ad momentaneam potuissent penitentiam peruenire. Erubescimus tempore modo paruo penitentiam agere. et non timemus sine ullo termino ęterna supplicia sustinere. Qui enim pro peccatis sibiipsi non parcit: deus cito illi indulgentiam tribuit. Cui honor et gloria in secula seculorum. Amen.

*(catalog. JONES, ‘Ælfric’s letter’, no. 13b)*
*D201; I175/O16 — cf. O149, which combines ‘ambulemus igitur ... spatium habemus’ with additional material*

| | |
|---|---|
| *Source (*vera ... asserente*)* | *PHAL.800.3.2, first sentence; Coll.quad. 4.6, second sentence; PPTH.800.37.1 (ed. van Rhijn, 98, lines 5–7) — PCEL.422.369, c. 3 (ed. Coustant, col. 1068B)* |
| *Source (*in quacumque ... saluus erit*)* | *cf. Ez 33:12. Note: PHAL.800.3.2 and Coll.quad. 4.6 quote Is 30:15* |
| *Source (*gaudium ... indigent penitentiam*)* | *Lc 15:10, 15:7, conflated* |
| *Source (*cum ergo ... reuelari*)* | *PHAL.800.3.2, second sentence; Coll.quad. 4.6, last sentence; cf. PPTH.800.37.1 (ed. van Rhijn, 98–9, lines 8–9) — PCEL.422.369, c. 3 (ed. Coustant, col. 1068B)* |
| *Source (*viuo ego ... et uiuat*)* | *Ez 33:11, abbrev.* |
| *Source (*si impius ... non morietur*)* | *Ez 18:21, abbrev.* |
| *Source (*heu quam terribiliter iterum dicit*)* | *unidentified* |
| *Source (*si auerterit ... ipso morietur*)* | *Ez 18:24, abbrev.* |
| *Source (*unumquemque ... preterita iudicat*)* | *DEFENSOR Lib.scintill. 22.14 — ISIDORE, Sententiae 2.14.6, second sentence* |
| *Source (*non enim ... perseuerantibus datur*)* | *DEFENSOR Lib.scintill. 22.12 — ISIDORE, Sententiae 2.7.1, first part* |
| *Source (*nunc igitur ... nobismetipsis*)* | *unidentified* |
| *Source (*lauamini ... benefacere*)* | *Is 1:16–17, abbrev.* |
| *Source (*ambulemus ... conprehendant*)* | *cf. CAESARIVS, Sermo 197.4 (ed. Morin, 798, lines 19–20); also in O149* |
| *Source (*nec differamus ... habemus*)* | *cf. CAESARIVS, Sermo 109.2 (ed. Morin, 452, lines 19–20); also in O149* |
| *Source (*qui sequitur ... lumen uitę*)* | *Io 8:12* |
| *Source (*satis alienus ... incidat in mortem*)* | *DEFENSOR Lib.scintill. 9.29–30 — unidentified (attr. to ‘Gregorius’ in Lib.scintill.)* |
| *Source (*salomon ... animam*)* | *DEFENSOR Lib.scintill. 34.6* |

| | |
|---|---|
| *Source (*et isidorus ... requirunt*)* | *DEFENSOR Lib.scintill. 34.8 — ISIDORE, Sententiae 2.4.1 \| first sentence* |
| *Source (*corrigemus ... ueniam*)* | *DEFENSOR Lib.scintill. 34.10, last sentence — ISIDORE, Syn. 1.54, partial, abbrev. \| adapted* |
| *Source (*qui enim ... cadit*)* | *DEFENSOR Lib.scintill. 34.9 — ISIDORE, Syn. 1.53, last sentence, adapted* |
| *Source (*desperatio ... omni peccato*)* | *DEFENSOR Lib.scintill. 34.10 — ISIDORE, Syn. 1.54 \| second sentence* |
| *Source (*nulla itaque ... suspendat*)* | *DEFENSOR Lib.scintill. 34.11, first sentence — ISIDORE, Syn. 2.25, third sentence \| adapted* |
| *Source (*multi enim ... indulgentiam tribuit*)* | *DEFENSOR Lib.scintill. 9.75–6 — CAESARIVS, Sermo 64.1 + 64.4 (ed. Morin, 275, lines 14–18 + p. 277, lines 10–11)* |
| *Source (*cui honor ... amen*)* | *a commonplace: see, e.g. CAAC.816.9 (ed. Werminghoff, 323, line 19)* |

## [C134] **DE CONIUGIO**

**S**criptum est in lege. [p. 61] Si seduxerit quis uirginem necdum desponsatam. dormieritque cum ea. dotabit eam et habebit ea uxorem. {Ex 22:16}

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14i[i])*
*B122 (I121, O103) — cf. D112, which adapts this canon*
*Source* *Ex 22:16*

## [C135] **AGUSTINUS**

**Q**ui uxorem optat accipere. sicut illam uirginem inuenire desiderat. ita et ipse usque ad nuptias uirginitatem custodiat.

*B123 (I122, O104)*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14i[ii])*
*Source* *Coll.Hib.A 46.16; Coll.Hib.B 48.15 (MS **A**, fol. 103r); Coll.Tur. 3 | first sentence, with inscription to 'Augustinus' — CAESARIVS, Sermo 43.5 (ed. Morin, 192, lines 17–19)*

## [C136] **AGUSTINUS**

**Q**uale est quod multi uirorum ante nuptias concubinas sibi adhibere non erubescunt. quas post annos dimittant. et sic postea legitimas uxores accipiunt; Unde coram domino. et coram angelis eius testor. atque denuntio. deum ista coniugia semper habuisse. et numquam licet numquam licebit.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14i[iii])*
*D113; B136 (I135, O116)*
*Source* *Coll.Hib.A 46.17, with an inscription to 'Augustinus'; cf. Coll.Hib.B 48.17 (MS **A**, fol. 103v), which differs slightly in wording; Coll.Tur. 7 — CAESARIVS, Sermo 43.4 (ed. Morin, 191–92, lines 1–12), abbrev., adapted. Note: 'placuisse et precipue christianis temporibus concubinas habere nunquam licuit nunquam' probably omitted in C136 through homoioteleuton.*

## [C137] **AGUSTINUS**

**S**i mulier fornicata fuerit relinquenda est. sed illa uiuente altera non est ducenda.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14i[iv])*
*D114; B132 (I131, O–) — cf. Coll.Wig.B 130 (I129, O111), which incorporates this canon*
*Source* *Coll.Hib.A 46.2; Coll.Hib.B 48.2 (MS **A**, fol. 101r) | second last sentence, adapted*

[C138] **SINODUS ARELATENSIS**

**A**dolescentes fideles uxores suas in adulterio deprehendentes placuit. ut uiuentibus uxoribus suis licet adulteris alias tamen non accipiant. Hoc propterea agitur. ne penitenti quandoque locum penitentię excludat. et ne seipsum multis maculet copulis. Dominus dicit in euangelio. Quicumque dimiserit uxorem suam. et reliqua {Mt 5:32}

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14ii.a)*
*D115*

| | |
|---|---|
| *Source (*adolescentes ... maculet copulis*)* | *Coll.Hib.A 46.14; cf. Coll.Hib.B 48.13 (MS **A**, fol. 102v), which differs slightly in wording — 'adolescentes fideles ... tamen non accipiant': CARL.314.11 (10), partial, adapted* |
| *Source (*dominus dicit ... et reliqua*)* | *Mt 5:32* |

[C139] **DE LIBRO HERMAS**

**H**ermas dixit ad pastorem angelum. permitte mihi domine ut te pauca interrogem. Dic inquid. **INTERROGATIO** Si uxorem quis habeat in domo fidelem. et eam postea deprehenderit adulteram. quero an peccat si cum illa maneat? **RESPONSIO** Et dixit. Quamdiu delictum illius non cognouerit. non peccat. Si autem peccatum illius cognouerit et mulier penitentiam delicti sui non agit. sed in sua nequitia perseuerat delinquet si cum ea uiuet. et particeps conscientię illius fiet. **INTERROGATIO** Quid inquam faciet maritus {se ceorl *gl. sup. lin.*} si uxor eius in eodem [p. 62] uitio permanserit? **RESPONSIO** Dimittat inquid eam. et ipse se contineat. Quod si dimissa ista aliam duxerit uxorem. et ipse adulterium committit. **INTERROGATIO** Et si postea quam ab eo dimissa est mulier. penitentiam agit. et ad maritum reuerti uoluerit. num recipietur? Et dixit. Si recepta non fuerit. peccat maritus. et grande in se delictum admittit. **O**mnis enim qui penitentiam delictorum suorum agit: recipit ueniam. Ideo ergo maritus post diuortium {id est separatio. uel repudium *gl. sup. lin.*} uxoris aliam non debet accipere ne penitencię occasionem mulieri auferat. Hęc res tam uiro quam mulieri communis est.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14ii.b)*
*D116 — cf. B129 (I128, O110)*

| | |
|---|---|
| *Source* | *Coll.Hib.A 46.15, abbrev., adapted; cf. Coll.Hib.B 48.14 (MS **A**, fols 102v–103r), first part, which differs slightly in wording; Coll.Tur. 17 — HERMAS, Libell.sanct.past., mandatum 4.1.4–8 (eds de Gebhardt–Harnack–Zahn, 79, lines 1–19)* |

[C140] **CANON CARTAGINENSIS**

**N**ec uxor a uiro dimissa alium accipiat uirum uiuente uiro suo. nec uir aliam accipiat uxorem. uiuente uxore priore.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14iii[i])*
*D117 — cf. B131 (I130, O112), which combines this canon with C141*

| | |
|---|---|
| *Source* | *ANSEGIS Coll.cap. 1.42 — Admon.gen.(789) 43* |

[C141] **CANON AFFRICANUS**

**P**lacuit ut secundum euuangelicam disciplinam nec dimissus ab uxore neque dimissa a marito alteri coniungantur sed ita maneant. aut sibimet reconcilientur.

*(catalog.* JONES*, 'Ælfric's letter', no. 14iii[ii])*
*A90 (C94, D99) — cf. B131 (I130, O112), which combines this canon with C140/D117*
*Source* *Coll.Wig.A 90 — Reg.eccl.Cart.exc. 102, first sentence*

[C142] **L**egitimum coniugium non licet separari sine consensu amborum potest tamen alter alteri cum consilio episcopi licentiam dare ad seruitutem dei accedere.
*(catalog.* JONES*, 'Ælfric's letter', no. 14iii[iii])*
*D118 — cf. B129 (I128, O110), which combines this canon with A93 and the first part of C146/D206*
*Source* *PREM.700.5.41; PTHU.700.2,12.7–8 | adapted*

[C143] **ITEM SERMO DE CONIUGIO**
**L**egitimum coniugium nemo disiungere presumat. Quia cum iudei dominum interrogarent. si licet homini uxorem suam {dimittere *add. sup. lin.*} {Mt 19:3} ille respondit. Non licet homini uxorem suam dimittere. Et qui dimiserit uxorem suam nisi propter fornicationem et aliam duxerit mechatur. Et qui dimissam duxerit. adulterium facit. {Mt 19:9} Videte ergo quam graue peccatum sit adulterium. quia scriptum est. neque adulteri regnum dei possidebunt. {1 Cor 9:9–10} Illa ergo cessauit esse uxor. quę fidem castitatis tenere noluit. Et iterum scriptum est. Qui tenet adulteram stultus est et impius. {Prv 18:22} Aliter enim nullo modo [p. 63] dimittenda est. Et apostolus dicit. Precipio non ego sed dominus: uxorem a uiro non discedere. Quod si discesserit: maneat innupta aut sibimet reconciliari. {reuocari cum amicitia *gl. sup. lin.*} {1 Cor 7:10–11} Et iterum. Alligatus es uxori. noli querere solutionem. Solutus es ab uxore. noli querere uxorem. {1 Cor 7:27} Vbicumque igitur coniugium sociatum fuerit preter causam fornicationis. nullo modo separetur. Quod si sterilis {untymende *gl. sup. lin.*} est si deformis. {unfæger *gl. sup. lin.*} si ętate uetula. si fetida. {stincende *gl. sup. lin.*} si temulenta. {wac *gl. sup. lin.*} uel ebriosa. si iracund[i]a. {iracunda *corr.*; weamod *gl. sup. lin.*} si malis moribus. si fatua. {unwis *gl. sup. lin.*} si gulosa. {gifre *gl. sup. lin.*} si iurgatrix. {teonful *gl. sup. lin.*} si maledica. {yfelwyrde *gl. sup. lin.*} uelis nolis qualiscumque fuerit. tenenda est. et nullo modo dimittenda. nisi sicut diximus propter fornicationem. aut certe si uoluntas amborum fuerit propter regnum cęlorum Quod et si ita fuerit permaneant in castitate.
*(catalog.* JONES*, 'Ælfric's letter', no. 14iv)*
*D203 — cf. B130 (I129, O111), which draws independently on Pirmin's Scarapsus 16*
*Note: this text is part of a longer sermon titled 'Sermo ad coniugatos et filios' in MS* ***H****, fols 47v–48v (ed. T. Hall, 'Wulfstan's Latin sermons', no. 9, relevant part at p. 124, lines 2–19), bearing corrections in Wulfstan's hand.*

| | |
|---|---|
| *Source (*legitimum ... adulterium facit*)* | *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 50–2, lines 5–21), abbrev., adapted* |
| *Source (*videte ergo ... tenere noluit*)* | *unidentified* |
| *Source (*et iterum scriptum ... et impius*)* | *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 53, lines 25–6)* |
| *Source (*aliter enim ... dimittenda est*)* | *unidentified* |
| *Source (*et apostolus ... non discedere*)* | *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 52–3, lines 22–3)* |
| *Source (*quod si discesserit ... reconciliari*)* | *unidentified* |
| *Source (*et iterum alligatus ... querere uxorem) | *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 53, lines 23–5)* |
| *Source (*vbicumque ... modo dimittenda*)* | *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 53–4, lines 26–31), adapted* |
| *Source (*nisi sicut ... in castitate*)* | *unidentified* |

[C144] **ITEM SERMO SANCTI PAULI APOSTOLI**

**P**aulus apostolus dicit. Fugite fornicationem fratres. {1 Cor 6:18} Empti enim estis pretio magno glorificate et portate dominum in corpore uestro. Bonum est homini mulierem non tangere. {1 Cor 6:20–7:1} propter incontinentiam tamen: uir suam habeat uxorem. et mulier suum habeat uirum. {cf. 1 Cor 7:2} Vxori uir debitum reddat. similiter autem et uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem non habet. sed uir. similiter et uir sui corporis potestatem non habet sed mulier. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi. et iterum. Reuertimini in idipsum. ne temptet uos satanas propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico fratres secundum indulgentiam. non secundum imperium. Uolo autem omnes homines esse. sicut meipsum. Sed unusquisque proprium habet donum a deo. alius quidem sic. alius uero sic; {1 Cor 7:3–7} His uero qui matri[p. 64]monio iuncti sunt precipio non ego sed dominus. uxorem a uiro non discedere. Quod si discesserit. manere innuptam. aut uiro suo reconciliari. Et uir similiter uxorem suam non dimittat. Si quis uxorem habet infidelem. et hęc consentit habitare cum illo. non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidelem. et hic consentit habitare cum illa. non dimittat uirum. Sanctificatus est enim uir infidelis in muliere fideli. et sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem. {1 Cor 7:10–14} Alligatus es uxori. noli querere solutionem. Solutus es ab uxore. noli querere uxorem. Si autem acceperis uxorem. non peccasti. et si nubserit uirgo non peccabit. {1 Cor 7:27–8} Qui igitur matrimonio iungit uirginitatem suam bene facit: qui autem non iungit: melius facit. Mulier alligata est legi quanto tempore uiuit uir eius. Quod si dormierit uir eius liberata est. cui uult nubat. tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanserit: secundum consilium meum. Puto enim quod et ego spiritum dei habeo; {1 Cor 7:38–40}

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14v)*

*D204; 'mulier sui corporis ... non habet sed mulier': B126 (I125, O107); 'mulier alligata est ... si sic permanserit': B128 (I127, O109) — cf. B125 (I124, O106)*

*Source* *1 Cor 6:18–7:40, abbrev., adapted*

[C145] **SERMO SANCTI AUGUSTINI.**

**A**ugustinus. Audite karissime membra christi et matris catholice ęcclesię filii. Sufficiant uobis uxores. fornicari enim uobis non liceat. Concubinas igitur uobis non licet habere. et si non habetis uxores. Audiat deus. si uos surdi estis. audiant angeli eius. si uos contempnitis. concubinas uobis non liceat habere. Et si non habeatis uxores. non licet uobis habere concubinas. quas postea dimittatis et alias ducatis uxores. Quanto magis dampnatio uobis erit si uolueritis habere et concubinas et uxores. Non licet uobis habere uxores quarum priores mariti uiuunt: nec uobis femine habere uiros licet quorum priores uxores uiuunt. Adulteria siue ista coniugia [p. 65] non iure fori sed iure seculi. nec illam feminam quę per repudium discessit a marito. solius fornicationis causa. licet uxorem adulteram ducere. Et uos femine. nec ullos uiros a quibus per repudium discesserant uxores eorum maritos habere licebit. Adulteria sunt non coniugia. Contempnetur episcopus. non timetur christus. Nolite mirari turbam malorum fidelium filii mei. nolite mutare uias latas quarum finis ad interitum ducit.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14vi)*
*D205*

*Source* *Coll.vet.Gall. 49.3 (Stuttgart HB VI 112 only)*[13] *— AVG. Sermo 392 (PL 39, col 1710) | abbrev.*

[C146] **QUALITER CONIUGATUS CONUERTI DEBEAT AD MONASTERIUM**
**S**i quis uult coniugatus conuerti ad monasterium. non est recipiendus. nisi prius a coniuge castimonia profitente fuerit absolutus. Nam si illo uiuente per incontinentiam alteri nubserit. proculdubio adultera erit. nec recipitur apud deum eiusmodi uiri conuersio. cuius sequitur coniugalis fęderis prostitutio. Tales igitur tunc sine culpa secuntur christum. relicto seculo. si habeant ex pari uoluntate castitatis consensum.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14vii[i])*
*D206 — cf. B129 (I128, O110), which combines the first part of this canon with A93 and C142/D118*

*Source* *Coll.quad. 4.78 — BEN.AN. Cod.reg. 4 (eds Holste–Brockie, 189, Isidore's Rule),*[14] *partial*

[C147] **S**i mulier discesserit a uiro suo despiciens eum nolens reuertere et reconciliare uiro. post V annos cum consensu episcopi. ipse aliam accipiat uxorem. si continens esse non poterit. et III annos peniteat. quia iuxta sententiam domini mechus comprobatur. Si cuius uxor in captiuitatem per uim ducta fuerit. et eam redimi non poterit. post annos VII potest alteram accipere. Similiter et mulier. si uiro talia contingerint. Si igitur interim uir aliam duxerit uxorem. et prior iterum mulier de captiuitate reuersa fuerit eam accipiat posterioremque dimittat. Similiter autem et illa sicut superius diximus. si uero talia contingerint faciat.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14vii[ii])*
*cf. B133–34 (I132–33, O113–14), which abbreviate, adapt and split this canon*
*Source (*si mulier ... comprobatur*)* *PPTH.800.13.24 — cf. PTHU.700.2,12.20*
*Source (*si cuius uxor ... faciat*)* *PPTH.800.13.25, abbrev. — cf. PTHU.700.2,12.21–3*
*Source (*annos VII*)* *unidentified*

[C148] [p. 66] **DE INCESTIS CONIUNCTIONIBUS**
**N**emo incestis coniunctionibus se inquinet. quia in leuitico scriptum est. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat. {Lv 18:6}
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14vii[iii])*
*D207 — cf. B137 (I136, O118), which combines this canon with material (including the same scriptural quotation) from PPTH.800*
*Source* *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 54, lines 31–4), abbrev., adapted*

[C149] **ITEM DE INCESTIS CONIUNCTIONIBUS**

---

[13] This witness of *Coll.vet.Gall.* also shares unique readings with *Coll.Wig.A* 22.

[14] The relevant part of Isidore, *Regula*, 4 is not printed by Campos, who believed it to be an interpolation; *Reglas monásticas*, eds. Campos–Roca, 96, n. to line 100.

**M**ulier si duobus fratribus nupserit. abici eam debere usque ad diem mortis. sed propter humanitatem in extremis suis sacramento reconciliari oportet. ita tamen ut si forte sanitatem recuperauit matrimonio soluto ad penitentiam admittatur. Quod si defuncta fuerit mulier huiusmodi consortio constituta: difficilis erit penitentia remanenti. Quam sententiam tam uiri quam mulieres tenere debebunt.

*Note: this canon possibly a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14viii.a)*
*D208*

*Source* *Coll.Quesn. c.* ***IV*** *(PL 56, col. 444A);*[15] *PPTH.800.14.14 — CNEO.315.2 (Isidori vulg.)*

[C150] **ITEM DE INCESTIS CONIUNCTIONIBUS.**

**S**i quis sponsam habens sorori eius forsitan intulerit uiolentiam. eique inheserit tamquam suę. hac autem deserta postea uxorem duxerit desponsatam. illa uero quę uitium passa est. si for[****]em {forte necem *corr.*} sibi intulerit. omnes hii qui facti huius conscii sunt. X annos in penitentiam redigantur. secundum canones constitutos.

*Note: this canon possibly a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14viii.b)*
*D209*

*Source* *Coll.Quesn. c.* ***III*** *(PL 56, col. 442A–B);*[16] *cf. PPTH.800.14.13, PCAN.800.23.15, PHAL.800.6.20, and PMEA.700.45, which quote the Dion. translation of this canon — CANC.314.24/25 (Isidori vulg.)*

[C151] **ITEM DE INCESTIS CONIUNCTIONIBUS**

**S**i quis fornicationem cum propinqua perpetrauerit. aut forte cum illa quam antea cognatus habuit. primitus anathematizetur. deinde peniteat VII annos. uel X uel XIIII.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14viii.c)*
*D210 — cf. C199, which lacks 'uel X uel XIIII'*
*Source* *PPTH.800.12.10 (ed. van Rhijn, 22, lines 62–9), abbrev., adapted*

[C152] **DE GRADIBUS PROPINQUITATIS**

**P**rimo gradu continentur pater et mater. He persone sequentibus quoque gradibus pro substantia earum ipso ordine dupplicantur. Duo aui. paternus et maternus aui patruus. id est patris frater et soror. Pater amita. auunculus et matertera matris frater et soror.

II Auus enim et auia tam ex patre quam ex matre. Nepos neptis. tam ex filio quam ex filia. Frater. soror tam ex patre quam ex matre accipiuntur.

III Tertio gradu ueniunt. proauus paua. {*sic*} Infra pronepos proneptis. ex obliquo fratris sororisque [p. 67] filius filia.

---

[15] *Coll.Wig.C* 149/*D* 208 has six readings ('abici eam', 'sacramento', 'reconciliari', 'mulier huiusmodi', 'sententiam', 'uiri',) that are collectively unique to *Coll.Quesn.*'s version of CNEO.315.2.

[16] *Coll.Wig.C* 150/*D* 209 has three readings ('uiolentiam', 'deserta', 'facti huius') that are collectively unique to *Coll.Quesn.*'s version of CANC.314.24/25.

IIII Quarto gradu ueniunt supra. abauus abaua. Infra abnepos abneptis. patruelis soror patruelis. id est patrui filius filia. Consobrinus et consobrina. id est auunculi et matertere filius et filia. Itemque consobrini qui ex duobus sororibus nascuntur quibus adcrescit patruus magnus. amita magna. id est aui paterni frater et soror et materni frater et soror.

V Quinto gradu ueniunt supra quidem adauus et adauia infra. adnepos adneptis. ex oblico fratris et sororis. pronepos. proneptis. Fratres patruelis. amitini. amitinę. consobrinus consobrinę filius filia. Proprius sobrinus sobrina. id est patrui magni. amitę magnę. auunculi magni. matertere magnę. filius et filia. Hiis adcrescunt propatruus proamita. Hii sunt patrui materni. frater et soror. proauunculus promatertera. Hii sunt proaui et paterni et materni frater et soror. proauique materni.

VI Sexto gradu ueniunt supra tritauus atritauia. {*sic*} Infra trinepos trineptis. ex oblico fratres. sorores. abnepos. abneptis. fratres. patrueles. sorores patrueles. amitini. amitinę. consobrini. consobrinę. Patrui magni. amitę magnę Auunculi magni. matertere magnę. nepus neptis. proprii sobrini. filius filia. qui consobrini apellantur. Quibus ex latere succrescunt. pro amite patrui. proauunculi. promatertere. filius filia. ab patruus. ab amita. Hii sunt abaui paterni frater et soror abauunculus abmatertera. Hii sunt abaui. hę paterne materneque frater et soror. abauique materni. Hęc quoque explanari amplius non potest quam auctor ipse adseruit;

VII Septimo gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque propriis nominibus non appellantur. Sed ex transuersa linea continentur. [p. 68] fratris sorore suę. abnepos abneptis. consobrini filięque successiones. In his VII gradibus omnia propinquitatum nomina continentur ultra quos nec adfinitas inueniri nec successio amplius propagari potest.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14ix)*
*D212 (in the company of an arbor consanguinitatis [D211])*
*Source* — *ALARIC Breviarium, Pauli sententiae 4.10.1–8 (ed. Hänel, 408), abbrev., first two paragraphs adapted*

[C153] **GREGORIUS INTERROGATIONIBUS AGUSTINI ITA RESPONDIT**

**Q**uedam terrena lex in romana republica permittit. ut siue frater et soror seu duorum fratrum germanorum uel duarum sororum filius et filia misceantur. sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Et sacra lex mosaica prohibet cognationis turpidinem {*sic*} reuelare. Vnde necesse est ut iam III uel VII {*sic*} generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda quam prediximus a se omnimodo abstinere debet.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14x[i])*
*D213; B141 (I140, O130)*
*Source* — *JOHN DIAC. Vita Gregorii 2.37 (PL 75, col. 101B–C), partial; cf. BEDE HE 1.27 (ed. Plummer, 50–1) — DGRE.590.1843, c.5 (eds Ewald–Hartmann, 335, lines 7–12)*

[C154] **ITEM UERO RATIONABILI CAUSA**

**V**erum post multum temporis. a felice mesanię sicilię presule requisitus gregorius utrum augustino scripsisset ut anglorum IIII generatione contracta matrimonia minime soluerentur. humillimus pater inter cetera talem reddidit rationem: Quod scripsi augustino anglorum gentis episcopo. nostro alumpno uidelicet ut recordatus estimo de sanguinis coniunctione ipsi et

anglorum genti quę nuper ad fidem uenerat ne a bono quod ceperat metuendo austeriora recederet specialiter et non generaliter certissime scripsisse cognoscas. Vnde et mihi omnis romana ciuitas testis existit. Hęc ea intentione hęc illis scriptis mandaui unde postquam firma radice in fide fuerint solidati. si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint non separentur. aut infra affinitatis lineam. id est usque ad VII generationem iungantur. Sed adhuc illos neophitos existentes. [p. 68] sepissime eos prius illicita docere et uerbis ac exemplis instruere. et quę post de talibus egerint. rationabiliter ac fideliter excludere oportet. Nam iuxta apostolum qui ait. Lac uobis potum dedi non escam. {1 Cor 3:2} Ista illis modo non posteris. ut prefixum est temporibus tenenda indulsimus. ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat exureretur. {*sic*} sed aliquantulum firmaretur. et usque ad perfectionem custodiretur. Hęc ergo idcirco prestringenda curaui. ut hi qui dispensationis illicita matrimonia contrahunt eruditissimum papam gregorium non regulariter quarte generationis copulam censuisse immo uenerabiliter simulque temporaliter permisisse cognoscant.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14x[ii])*
*D214 — cf. B142 (I141, O131), which abbreviates this canon*

| | |
|---|---|
| *Source* | *JOHN DIAC. Vita Gregorii 2.38 (PL 75, cols 101C–102A) — cf. DGRE.590.†1334 (PL 77, cols 1323C–1324B), also in PS.-ISIDORE, Decretales (ed. Hinschius, 749) and in Paris, Bibliothèque nationale, Lat. 3182 (Collectio Fiscani), pp. 340b–43a (but approx. 2 folios containing the relevant part of this letter are now missing)* |

## [C155] **GREGORIUS**

**S**i quis monacham uel commatrem spiritalem. uel fratris uxorem. uel neptęm. uel nouercam. uel consobrinam. uel de propria cognatione uel quam cognatus habuit duxerit uxorem. anathema sit.

*Note: the text printed by van Rhijn as part of PPTH.800.14.25 is an interpolation found only in MS* ***O****, p. 37.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14x[iii])*
*D119; B140 (I139, O–)*

| | |
|---|---|
| *Source* | *PPTH.800.14.25 (in MS* ***O*** *only; ed. van Rhijn, 34, lines 90–3); cf. PHAL.800.4.22; Coll.quad. 4.68 — BEN.LEV. Cap. 3.179 (ed. Schmitz, 36, lines 11–13), abbrev.; cf. CROM.721.3–9* |

## [C156] **DE FILIIS ADULTERARUM DEFICIENDIS CUM MATRIBUS EZECHIEL PROPHETA DICIT.**

**E**icite matrem fornicariam. et filios fornicationis. Augustinus dicit. Mulier adultera dimittenda est cum adulterii fructu. ne benedicta progenies sit contaminata; Abraham eiecit agar cum filio suo. ne fieret cum femine benedicto. Audi dominum dicentem. Eice agar cum filio. non enim heres erit filius ancille cum filio libere.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xi)*
*D120–21 — cf. B130 (I129, O111), which combines the rubric and first sentence of this canon with material from Pirmin's Scarapsus, and additional material from Coll.Hib.*

| | |
|---|---|
| *Source (*DE FILIIS ... MATRIBUS*)* | *Coll.Hib.B 48.38, rubric (MS* ***A****, fol. 105v)* |
| *Source (*EZECHIEL ... cum filio libere*)* | *Coll.Hib.B 48.38 (MS* ***A****, fol. 105v), partial, abbrev., adapted; cf. Coll.Hib.A 46.30.a–b, which differs slightly in wording* |

[C157] **ITEM**
**S**i quis cum spiritalem {*sic*} commatre peccauerit. primitus anathematizetur. Deinde peniteat VII annos. uel X uel XIIII et numquam postea cum illa se coniungat. sed semper aliquid peniteat.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xii)*
*D122 — cf. C200, which lacks 'uel X uel XIIII'; B143 (I142, O122), which combines the equivalent canon C200 with C199 and 201*
*Source (*si quis ... se iungat*)* *PPTH.800.14.22, partial, abbrev.*
*Source (*uel X uel XIIII*)* *unidentified, but cf. Coll.Wig.C 151/D210 and Coll.Wig.C 158/D123*
*Source (*sed semper aliquid peniteat*)* *unidentified, but cf. Coll.Wig.C 201 and Coll.Wig.B 135*

[C158] **ITEM**
**L**aicus maculans se ancilla dei. si genuerit ex ea. primitus [p. 70] anathematizetur. postea peniteat VII annos. uel X uel XIIII. Similiter et illa uel plus peniteat. quia christiana religio fornicationem in utroque sexu pari ratione condempnat.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xiii)*
*D123 — cf. C201, which has 'III in pane et aqua' for 'uel X uel XIIII' and adds 'semperque ... aliquid peniteat'; B143 (I142, O122), which combines the equivalent canon C201 with C199 and C200*
*Source (*laicus maculans ... plus peniteat*)* *PPTH.800.12.21 (ed. van Rhijn, 25, lines 127–29), abbrev., adapted + PPTH.800.12.10 (ed. van Rhijn, 22, line 65), adapted | conflated — PECG.700.5.15*
*Source (*quia christiana ... condempnat*)* *PPTH.800.12.7 (ed. van Rhijn, 21, lines 48–9) — DINN.402.293, c. 3 (ed. Wurm, 70, lines 5–6)*

[C159] **EX EPISTOLA PAPAE SIMACHI DE RAPTORIBUS**
**R**aptores igitur uiduarum uel uirginum ob inmanitatem tanti facinoris detestamur. illos uehementius persequendo et maxime qui sacras uirgines uel uolentes. uel inuitas matrimonio suo sociare temptauerint. quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate a communione suspendi precipimus.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xiv; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D124*
*Source* *Coll.quad. 4.70; PHAL.800.4.16; Coll.Dach. 1.69 — DSYM.498.764, c. 4 (ed. Thiel, 725)*

[C160] **IN CONCILIO CALCEDONENSI. DE HIS QUI RAPIUNT PUELLAS**
**E**os qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitandi cooperantes aut conhibentes. raptoribus decreuit sancta sinodus. ut si quidem clerici sunt decidant gradu proprio. si uero laici anathematizentur.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xv[i]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D125*
*Source* *Coll.quad. 4.71; PHAL.800.4.17; Coll.Dach. 1.70 — CCHA.451.27 (Dion.I/II)*

[C161] **S**i quis uirginem aut uiduam rapuerit III uel V uel VII annos peniteat secundum qualitatem personę.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xv[ii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D126*

*Source (*si quis ... rapuerit III*)* *PHAL.800.6.19; PREM.700.5.6 — PBOB.700.33; PBUR.700.37; PFLO.700.34; PMEA.700.35; PPAS.700.29*
*Source (*uel V ... personę*)* *unidentified*

[C162] **D**esponsatas puellas et post ab aliis raptas. placuit erui et eis reddi quibus ante fuerant desponsatę etiam si eis a raptoribus ius {*sic*} inlata constiterit.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xv[iii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D127*
*Source* *Coll.quad. 4.72; PHAL.800.4.18; Coll.Dach. 1.71 — CANC.314.10 (Dion.II)*

[C163] **QUOD NON LICEAT ALTERIUS SPONSAM AD MATRIMONII IURA SORTIRI EX EPISTOLA**
**V**t nemo desponsatam puellam alteri in matrimonium accipiat. Modis omnibus inhibemus. quia illa benedictio quam nupture sacerdos inponit. apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est. Si ultra transgressione uioletur.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xvi; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D128*
*Source* *Coll.quad. 4.73 — DSIR.384.255, c. 5 (ed. Coustant, col. 628B), first sentence adapted*

[C164] **DE MATRIMONIO SERVVLORUM.**
**S**i seruum et ancillam dominus amborum in matrimonio coniunxerit. postea liberato seruo uel ancilla si non potest redimi qui in seruitio est. libero licet sicut quibusdam placet inienuo coniungere. Sed tamen iuxta [p. 71] sententiam domini. mechus probatur. Qui uero taliter egerit. id est primam uxorem propter seruitium humanum dimittat. et postea liberatam deducat uxorem. III annos peniteat. I in pane et aqua. quia contra mandatum domini fecit. Similiter et mulier peniteat. si taliter fecit. Si quis liber ancillam aut suam aut ulterius in matrimonio acceperit. non habet licentiam dimittere eam. si ante cum consensu amborum coniuncti sunt. Si uero dimiserit eam et aliam ducit uxorem siue ancillam. siue liberam. III annos peniteat. I in pane et aqua.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xvii[i])*
*D129 — cf. B135 (I134, O115), which adapts this canon*
*Source* *PPTH.800.10.34–5 — cf. PTHU.700.2, 13.4–5*

[C165] **DE UEXATIS A DIABULO.**
Si homo uexatus a diabolo et nescit aliquid nisi ubique discurrere et occidit semetipsum quacumque causa oretur pro eo si ante religiosus erat. Si pro disperatione aut pro timore aliquo. aut pro causis incognitis. deo relinquimus hoc iudicium et non ausi sumus orare pro eo. Qui semetipsum occiderit propria uoluntate. missas pro eo facere non licet. Sed tamen orare. et elemosinas largire.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xvii[ii])*
*A105 (C–, D–)*[17] *— cf. O72, which abbreviates this canon*

---

[17] Cross–Hamer, *Canon law*, 113, print this canon as the last canon of the *A* recension as it stands in *Coll.Wig.R.*

*Source* *PTHU.700.2,10.1–3; cf. PBIG.700.4,2.1*

[C166] **LIBRO PRIMO CAPITULORUM AECCLESIASTICORUM MAGNI IMPERATORIS CAROLI DE MANSIS UNIUSCUIUSQUE ECCLESIĘ.**

**S**ancitum est ut unicuique ęcclesię unus mansus integer absque alio seruitio attribuatur. et presbiteri constituti. non de decimis neque de oblationibus fidelium. non de domibus neque de atriis. uel ortis iuxta ęcclesiam positis. nec de prescripto manso aliquid seruitium faciant preter ęcclesiasticum. Et si quidam amplius habuerint. inde senioribus suis seruitium impendant.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xviii[i]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D130 — cf. B26 (I28, O–), which adapts this canon*
*Source* *ANSEGIS Coll.cap. 1.85 — Cap.eccles.(818/19) 10*

[C167] **DE PRESBITERIS UNIUSCUIUSQUE ĘCCLESIĘ IN EODEM.**

**S**tatutum est postquam hoc impletum fuerit. ut unaqueque ęcclesia suum presbiterum habeat. ut id fieri facultas prouidente episcopo permiserit. et unusquisque presbiter una tantum sit contentus aecclesiae.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xviii[ii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D131*
*Source (*statutum est ... episcopo permiserit*)* *ANSEGIS Coll.cap. 1.86 — Cap.eccles.(818/19) 11*
*Source (*et unusquisque ... aecclesiae*)* *unidentified, but cf. Episc.ad Hludow.imp. relatio 44 (eds Boretius–Kraus, 41, line 23)*

[C168] [p. 72] **IN EODEM DE UILLIS NOUIS ET ECCLESIIS NOUITER CONSTITUTIS.**

**S**tatutum est de uillis nouis et ęcclesiis nouiter constitutis ut decimis de ipsis uillis. ad easdem ęcclesias conferantur.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xviii[iii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D132*
*Source* *ANSEGIS Coll.cap. 1.87 — Cap.eccles.(818/19) 12*

[C169] **LIBRO SACUNDO** {*sic*} **DE ANTIQUIS ĘCCLESIIS UT HONORE** {*sic*} **SUUM HABEANT.**

**A**ęcclesię antiquitus constitutę. nec decimis. nec aliis possessionibus priuentur. ita ut nouis oratoriis tribuatur.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 14xix; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D133 — cf. B25 (I27, O–), which has 'alia una possessione' with MS **A***
*Source* *ANSEGIS Coll.cap. 2.34; cf. ANSEGIS Coll.cap. 2.45; cf. MS **A**, fol. 204v, where ANSEGIS Coll.cap. 2.45 has been augmented with the concluding words of 2.34 — CMNZ.813.41*

[C170] **INCIPIT ordo confessionis Sancti hieronimi qualiter confiteri debeat christianus peccata sua. Quando aliquis uoluerit confessionem facere peccatorum suorum uiriliter agat. et non erubescat confiteri scelera et facinora se accusando. quia inde uenit indulgentia. et quia sine confessione nulla est uenia. Confessio enim sanat. et iustificat. et ueniam peccatis**

**donat. Inprimis igitur prosternat se humiliter in conspectu dei super terram ad orationem et lacrimas fundens roget beatam mariam cum sanctis angelis. et sanctis apostolis. et omnibus sanctis dei. ut ipsi intercedant pro se ad dominum. ut deus omnipotens dignetur ei donare sapientiam perfectam et ueram intellegentiam ad confitendum peccata sua.**

**C**hriste audi nos.

**S**ancta maria.

**O**mnes sancti orate. et reliqua.

**Post hęc cum fiducia surgens confiteatur penitens credulitatem suam dicens**

**C**redo in unum deum. et reliqua.

**t**[18] **post hęc incipiat confessionem suam coram deo et coram sacerdote confitens peccata sua. Sequitur oratio.**

**P**reueniat hunc famulum tuum. Nomen. quæso domine misericordia tua. ut omnes iniquitates eius celeri indulgentia deleantur. per.

*(ed. Frantzen, Pentientials; coll. [as 'C'] FOWLER, 'Late Old English handbook', 16; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 15i)*

*also in: MS **Bx₃**, fol. 132r–v; MS **E**, pp. 114–15 (imperfect) and 170; MS **T**, fol. 55r–v — cf. MS **J**, fols 15v–17v*

*Source* *Old English handbook, Part I — the ordo confessionis in MS **J**, fols 15v–17v, abbrev., adapted*

[C171] *(**C**, pp. 72–3): Old English handbook, Part III*

*(ed. Frantzen, Pentientials; coll. [as 'C'] FOWLER, 'Late Old English handbook', 19–20; coll. [as 'C'] THORPE, ed., Ancient laws [folio edition], 402–03; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 15ii)*

*also in MS **Bx₃**, fols 132v–133r; MS **T**, fols 56r–v and (again) 94v–95r; MS **X**, fols 65v–66r — cf. the modified version in MS **E**, pp. 115–17 and the partial, modified version in Oxford, Bodleian Library, Laud misc. 482 (1054), fols 45r–46r; cf. LawVIAtr(Lat) 10.2 and 52–3*

[C172] *(**C**, pp. 73–9): Old English handbook, Part IV*

*(ed. Frantzen, Pentientials; coll. [as 'C'] FOWLER, 'Late Old English handbook', 20–6; coll. [as 'C'] THORPE, ed., Ancient laws [folio edition], 405–10; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 15iii)*

*also in MS **Bx₃**, fols 133r–137v; MS **E**, pp. 117–21 — cf. the partial version in MS **T**, fol. 95r*

[C173] *(**C**, pp. 79–83): Old English handbook, Part V*

*(ed. Frantzen, Pentientials; coll. [as 'C'] FOWLER, 'Late Old English handbook', 26–32; coll. [as 'C'] THORPE, ed., Ancient laws [folio edition], 410–14; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 15iv)*

*also in MS **Bx₃**, fols 137v–139v (imperfect); MS **E**, pp. 121–24; MS **T**, fols 95r–97v — cf. the partial versions in MS **X**, fols 66v–67v, Oxford, Bodleian Library, Laud misc. 482 (1054), fols 45v–46r, and Cambridge, University Library, Additional 3206*

[C174] **DE FIDE CATHOLICA**

**P**rimum omnium ammonemus. ut fides catholica ab episcopis et presbiteris diligenter legatur et omni pupulo {populo *corr.*} predicetur. quia hoc primum preceptum est domini dei omnipotentis

[18] t] *sic pro* et

in lege. Audi israhel quia dominus deus tuus. deus unus est. {Dt 6:4} et ille diligatur ex toto corde. et ex tota mente. et ex tota anima et tota uirtute nostra. {Mc 12:30}
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[i])*
*Source (rubric)* *cf. ANSEGIS Coll.cap. 1.58*
*Source* *Admon.gen.(789) 61*

[C175] **DE CONCORDIA**
**I**tem ut pax sit et concordia et unanimitas cum omni populo christiano. inter episcopos. et abbates. comites. iudices. et omnes ubique maiores seu minores personas quia nil deo {sine *add. sup. lin.*} pace placet. Nec munus sanctę oblationis ad altare offerendum est sicut in euangelio ipso domino precipiente legitur. quia et illud secundum mandatum est in lege. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. {Mt 22:39} Item. Beati pacifici. quoniam filii dei uocabuntur. {Mt 5:9} Et iterum. In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis. si dilectionem habueritis ad inuicem. {Io 13:35} In hoc enim precepto discernuntur filii dei et filii diaboli. quia filii diaboli semper dissensiones. et discordias mouere satagunt. Filii autem dei semper pacifici. dilectionem student.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[ii])*
*Source (rubric)* *cf. ANSEGIS Coll.cap. 1.59*
*Source* *Admon.gen.(789) 62*

[C176] **DE IUSTO IUDICIO**
**I**tem ut quibus data est potestas iudicandi iuste iudicent. sicut scriptum est. Iuste iudicate filii hominum. {cf. Io 7:24} Non in muneribus. quia munera excecant corda prudentium. et subuertunt uerba iustorum. {Ex 23:8} Non in adulatione nec in consideratione persone sicut in euteronomio {deuteronomio *corr.*} dictum est quod iustum est iudicate. siue ciuis {ciues *corr.*} sit. ille siue peregrinus. nulla sit distantia personarum quia dei iudicium est. {Dt 1:16–17} Primum namque iudicii diligenter discenda est. lex a sapientibus populi composita. ne per ignorantiam a uia ueritatis errent. Et dum ille rectum intellegit iudicium. caueat ne declinet. aut per adulationem aliquorum. aut per amorem cuiuslibet amici. aut per timorem cuiuslibet potentis. aut propter premium a recto iudicio declinet. Et honestum nobis uidetur. ut indices {*sic*} ieiuni causas audiant et discernant.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[iii])*
*Source (rubric)* *cf. ANSEGIS Coll.cap. 1.60*
*Source* *Admon.gen.(789) 63*

[C177] **DE IURAMENTO**
**I**tem habemus in lege domino precipiente. non periurabis in nomine meo. nec pollues nomen domini dei in uanum. {Lv 19:12; Ex 20:7} Ideo omnino ammonendi sunt omnes diligenter. [p. 85] ut caueant periurium. non solum in sancto euangelio. uel in altare. seu in sanctorum reliquiis. sed et in communi eloquio. quia sunt aliqui qui per caritatem et ueritatem iurant et caueant se a iuramento nominis dei. et nesciunt quia idem est deus. quod est caritas et ueritas dicente iohanne apostolo. quia deus caritas est. {1 Io 4:8} Item ipse dominus in euangelio. Ego sum uia et

ueritas. {Io 14:6} Ideo qui in ueritate et caritate iurat: in deo iurat. Item cauendum est ne pharisaica superstitione aliquis plus aurum honoret quam altare. ne dicat ei dominus. Stulte et cecę quid est maius aurum an altare quod sanctificat aurum? {Mt 23:17} Sed et nobis honestum uidetur ut qui in sanctis habeat iurare. hoc ieiunus faciat. cum omni honestate et timore dei. et sciat se rationem redditurum deo uniuscuiusque iuramenti ubicumque sit siue intra ęcclesiam siue extra ecclesiam. Et ut paruuli qui sine rationabili ętatę sunt non cogantur iurare. et qui semel periuratus fuerit. nec testis sit post hęc. nec ad sacramentum accedat. nec in sua causa uel alterius iurator existat.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[iv])*
*Source* *Admon.gen.(789) 64*

[C178] **DE AUGVRIIS**

**I**tem habemus in lege domini mandatum. non auguriamini. {Lv 19:26} et in deuteronomio. nemo sit qui ariolios siscitetur. uel sompnia obseruet. uel ad auguria intendat. Item ne scit maleficus. nec incantator nec phitonum consulator. {Dt 18:10–11} Ideo precipimus. ut calculatores et incantatores nec tempestarii. uel obligatores non fiant. et ubicumque sunt emendentur uel dampnentur. Item de arboribus uel petris. uel fontibus ubi aliqui stulti. luminaria uel alias obseruationes faciunt. omnino mandamus. ut iste pessimus usus. et deo exsecrabilis. ubicumque inueniatur tollatur et destruatur

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[v])*
*Source (rubric)* *cf. ANSEGIS Coll.cap. 1.62*
*Source* *Admon.gen.(789) 65*

[C179] **DE HODIO**

**I**tem predicari necesse est quantum malum sit odium uel inuidia quia in lege [p. 86] scriptum est. Non oderis fratrem tuum in corde tuo. sed publice argues. {Lv 19:17} Et in euangelio. Si peccauerit frater tuus uade et corripe eum inter te et ipsum solum et cetera quę ibi leguntur. {Mt 18:15} De auaritia autem apostolum legimus dicentem. auaritia quę est idolorum seruitus cauenda est. {Eph 5:5} Item de concupiscentia legitur. quod radix sit omnium malorum. {1 Tim 6:10} Et in lege. non concupisces rem proximi tui. {Ex 20:17}

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[vi])*
*Source (rubric)* *cf. ANSEGIS Coll.cap. 1.63*
*Source* *Admon.gen.(789) 66*

[C180] **DE HOMICIDIO**

**I**tem ut homicidia infra patriam sicut in lege domini interdictum est nec causa ultionis. nec auaritię latrocinanda fiat. et ubicumque inuenta fuerint a iudicibus nostris secundum legem ex nostro mandato uindicentur. et non occidatur homo nisi lege iubente.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[vii])*
*Source* *Admon.gen.(789) 67*

[C181] **DE FURTV**

**I**tem furta et iniusta conubia necnon et falsa testimonia sicut sepe rogauimus prohibete diligenter. sicut et lex domini prohibet. et hoc cum magno studio ammonete. ut filii honorent parentes suos. quia ipse dicit. Honora patrem tuum et matrem tuam. ut sis longeuus super terram quam dominus deus dabit tibi. {Ex 20:12}
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[viii])*
*Source* *Admon.gen.(789) 68–9*

[C182] **DE SACERDOTIBUS**
**V**t episcopi diligenter discutiant per suas parrochias presbiteros. et eorum fidem et baptisma et missarum celebrationes et ut fidem rectam teneant. et baptisma catholicum obseruent. et missarum preces bene intellegant. et ut psalmi digne secundum diuisiones uersuum modulentur. et dominicam orationem ipsi intellegant. et omnibus predicent intellegendam. ut quisque sciat quid petat a deo. et ut gloria patri cum sanctis angelis et populo dei communi uoce. Sanctus. sanctus. sanctus decantet. Et omnimodis dicendum est presbiteris et diaconibus ut arma non portent. sed magis confident in defensione dei quam in armis.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[ix])*
*cf. B159 (I157, O139), which combines the last sentence of this canon with material from C194/D202*
*Source* *Admon.gen.(789) 70*

[C183] **DE HONORE SACERDOTUM**
**I**tem placuit nobis ammonere reuerentiam uestram ut unus[p. 87]quisque uestrum uideat per suam parrochiam ut ęcclesia dei suum habeat honorem. simul et altaria secundum suam magnitudinem uenerentur. et non sit domus dei et altaria sacrata peruia canibus {; *add. sup. lin.*} et uasa sacrata cum magna ueneratione habeantur. et ut sacrificia sanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni sunt. uel cum honore seruentur. et ut secularia negotia uel uaniloquia in ęcclesiis non agantur. quia domus dei domus orationis debet esse non spelunca latronum. et ut intentos habeant amicos ad deum quando ueniunt ad missarum sollempnia. et ut non exeant ante completionem benedictionis sacerdotalis.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[x])*
*Source (rubric)* *cf. ANSEGIS Coll.cap. 1.67*
*Source* *Admon.gen.(789) 71*

[C184] **DE MINISTERIIS ĘCCLESIĘ.**
**S**ed et hoc flagitamus uestram almitatem. ut ministri altaris dei suum ministerium bonis moribus ornent. seu alii canonici obseruent eorum ordines. et monachicę congregationis fratres obsecramus. ut bonam et probabilem habeant conuersationem. sicut ipse dominus in euangelio precepit. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant uestra bona opera et glorificent patrem uestrum qui in cęlis est. {Mt 5:16} ut eorum bona conuersatione multi protrahantur ad seruitium dei. Et non solum seruilis conditionis infantes. sed etiam ingenuorum filios adgregent sibique socient. et ut scole legentium puerorum fiant. psalmos. notas. cantus compotum. grammaticam per singula monasteria uel episcopias. Et libros catholicos bene enim datę. quia sepe dum bene aliquid deum rogare cupiunt. per inemedatos {inemedatos *corr.*} libros male rogant. et pueros

uestros. non sinite eos uel legendo uel scribendo corrumpere. et sic opus est euangelium psalterium. et missale scribere perfecte ętatis homines scribant cum omni diligentia;
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[xi])*
*Source* *Admon.gen.(789) 72*

[C185] [p. 88] **DE MONACHIS ET CANONICIS**
**S**imul et hoc rogare curabimus. ut omnes ubicumque qui se uoto monachicę uitę constrinxerunt monachicę et regulariter omnimodis secundum uotum suum uiuant. Secundum quod scriptum est. Vota uestra reddite domino deo uestro. {Ps 75:12} Et iterum. Melius est non uouere. quam uota non reddere. {Ecl 5:4} et ut ad monasteria uenientes secundum regularem ordinem primo probentur: et sic accipiantur. Et qui ex seculari habitu in monasterio ueniunt: ut statim foras ad ministeria monasterii mittantur. antequam intus bene erudiantur. et ut monachi ad secularia placita non uadant. Similiter qui ad clericatum accedunt. quod nos nominamus canonicam uitam: uolumus quod illi canonicę secundum suam regulam omnimodis uiuant. et episcopi eorum regant uitam. sicut abbates monachorum;
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[xii])*
*Source* *Admon.gen.(789) 73*

[C186] **DE MENSURIS ET PONDERIBUS**
**U**t ęquales mensuras et rectas. et pondera iusta et ęqualia omnes habeant. siue in ciuitatibus. siue in monasteriis. siue ad dandum in illis. siue accipiendum. sicut in lege domini preceptum habemus. {cf. Lv 19:35–6} Itemque in salomone domino dicente. pondus et pondus. mensuram et mensuram uestra odit anima mea. {Prv 20:10}
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[xiii])*
*Source (rubric)* *cf. ANSEGIS Coll.cap. 1.69(b)*
*Source* *Admon.gen.(789) 74*

[C187] **DE HOSPITIBUS**
**U**t hoc nobis competens et uenerabile enim uidetur. ut hospites et peregrini et pauperes susceptiones regulares et canonicas per loca diuersa habeant. quia ipse dominus dicturus erit in remuneratione magni diei. hospes eram et suscepistis me. {Mt 25:35} Et apostolus laudans hospitalitatem dixit. per hanc quidam placuerunt deo. et angelos hospitio susceperunt. {Hbr 13:2}
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[xiv])*
*Source* *Admon.gen.(789) 75*

[C188] **DE FICTIS MONACHORUM.**
**U**t illi clerici qui se fingunt habitu uel nomine monachos esse et non sunt. omnimodis uidetur corrigendos [p. 89] atque emendandos esse. ut uel ueri monachi sint. uel ueri canonici.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[xv])*
*Source* *Admon.gen.(789) 77*

[C189] **DE PSEUDOGRAFIA**
**I**tem pseudografia et dubię narrationes. uel quę omnino contra fidem catholicam sunt: nec credantur nec legantur sed conburentur. ne in errorem per talia scripta populus mittatur. Sed soli canonici libri et catholici tractentur. et sanctorum auctorum dicta legantur et tradantur.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[xvi])*
*Source* *Admon.gen.(789) 78, abbrev.*

[C190] **DE CANTU.**
**V**t cantu romanum pleniter discant et ordinabiliter per nocturnales uel gradale officium peragatur secundum quod beatę memorię genitor noster pippinus rex decernuit {*sic*} ut fieret quando gallicanum tulit ob unanimitatem apostolicę sedis. et sanctę dei ęcclesię pacificam concordiam.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[xvii])*
*Source (rubric)* *cf. ANSEGIS Coll.cap. 1.74*
*Source* *Admon.gen.(789) 80*

[C191] **DE DOMINICIS DIEBUS**
**S**tatuimus quoque secundum quod in lege dominus precepit. ut opera seruilia dominicis diebus non agantur {cf. Ex 20:8–10} sicut et bone memorię genitor meus in suis sinodalibus edictis mandauit. Id est nec ruralia opera exerceantur. nec in uinea colenda nec in campis arando. nec in siluis stirpare. uel arbores cedere. uel in petris laborare. nec domos construere. nec in orto laborent. nec ad placita conueniant. nec uenationes exerceant. Et ad tria carraria opera licet fieri in die dominico. id est hostilia carraria uel uictualia. uel si forte necesse erit corpus cuiuslibet deducere ad sepulchrum. Item opera textilia femine non faciant. nec capulent uestitos nec consuant. uel aliqua pictilia faciant. nec lanam carpere. nec linum battere. nec in publico uestimenta lauare. nec berbices tondere habeant licitum. ut omnimodis honor et requies diei dominicę seruentur. Sed et ad missarum sollempnia ad ęcclesias undique conueniant: [p. 90] et laudent deum in omnibus bonis quę nobis in illa die facit.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 16[xviii])*
*Source* *Admon.gen.(789) 81*

[C192] **DE PREDICATIONE**
**S**ed et preuidendum est dilectissimi et uenerabiles pastores et rectores ecclesiarum dei. ut presbiteros quos mittatis per parrochias uestras ad regendum et predicandum per ęcclesias populum deo seruientem. ut recte et honeste predicent. et non sinatis noua uel non canonica aliquos ex suo sensu. et non secundum scripturas sacras fingere et predicare populo. Sed et uosmetipsi utilia honesta et recta. et quę ad uitam ducunt ęternam predicate. aliosque instruite et hęc eadem predicent. Primo omnium predicandum est omnibus generaliter. ut credant patrem et filium et spiritum sanctum unum esse deum omnipotentem ęternum. inuisibilem. qui creauit cęlum et terram mare et omnia quę in eis sunt. et unam esse deitatem substantiam et maiestatem in tribus personis. patris. et filii. et spiritus sancti. Item predicandum est quomodo dei filius incarnatus est de spiritu sancto et maria semper uirgine pro salute et reparatione humani generis. passus. sepultus. tertia die resurrexit. et ascendit in cęlos. et quomodo iterum uenturus sit

in maiestate diuina iudicare omnes homines secundum merita propria. et quomodo impii propter scelera sua cum diabolo in ignem ęternum mittantur. et iusti cum christo et sanctis angelis suis in uitam ęternam. Item diligenter predicandum est de resurrectione mortuorum. ut sciant et credant in eisdem corporibus premia meritorum accepturos. Item cum omni diligentia cunctis predicandum est pro quibus criminibus deputentur cum diabolo in ęternum supplicium. Legimus enim apostolo dicente: manifesta autem [p. 91] sunt opera carnis. Quę sunt? Fornicatio: inmunditia. luxuria. idolorum seruitus. ueneficia: inimicitię contentiones: emulationes. animositates. ire. rixe. dissentiones. hereses. secte. inuidie. homicidia. ebrietates commessationes. et his similia quę predico uobis sicut predixi. quoniam qui talia agunt. regnum dei non consequentur. {Gal 5:19–21} Ideo hęc eadem quę magnus predicator ęcclesię dei singillatim nominauit. cum omni studio prohibete intellegentes quam sit terribile illud quod dixit. qui talia agunt regnum dei non consequentur. {Gal 5:21} Sed et omni instantia ammonete eos. dilectione dei et proximi. fide. et spe in domino. de humilitate. et patientia. de castitate et continentia. de benignitate et misericordia. de elemosinis et confessionibus peccatorum suorum et ut debitoribus suis secundum dominicam orationem sua debita dimittant. Scientes certissime quod qui talia agunt regnum dei possidebunt. Et hoc ideo diligentius iniunximus uestrę caritati. quia scimus temporibus nouissimis pseudodoctores esse uenturos sicut ipse dominus in euangelio predixit. Et apostolus paulus ad timotheum testatur. Ideo dilectissimi toto corde preparamus nos in scientia ueritatis. ut possimus contradicentibus ueritati resistere et diuina donante gratia uerbum dei crescat et currat et multiplicetur in profectum sanctę dei ęcclesię. et salutem animarum nostrarum et in laudem et gloriam nominis domini nostri iesu christi. Pax predicantibus. gratia obedientibus. gloria domino nostro iesu christo..

*(catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 16[xix])*
*cf. Coll.Wig.R, where this text is fragmentary*
*Source (rubric)* *cf. Ansegis Coll.cap. 1.76*
*Source* *Admon.gen.(789) 82*

[C193] **INCIPIT DE REGULA CANONICORUM**

**L**egibus institutis et euangelicis monemur preceptis. ut dominum deum nostrum totis [p. 92] precordiis diligamus. et proximum tamquam nosipsos. {cf. Mt 22:37–9} Si igitur ab omnibus fidelibus his saluti[u]eris {salutii eris *(!) corr.*} preceptis totis nisibus est fauendum: quanto magis ab his qui diuinis cultibus mancipati sunt. Proinde oportet ut primo hęc precepta custodiant. quia in his duobus preceptis tota lex pendet et prophetę. Non occident. non adulterent. non faciant furtum. non concupiscant rem alienam. non falsum testimonium dicant. et quod sibi nolunt fieri. alteri non faciant. Non sint superbi. non ebriosi. non iracundi. non quibuslibet aliis uitiis substrati; Fraudes et dolositates caueant. Usuris nequaquam inseruiant. non iurent ne forte periurent. Discordiam fugiant. et quos discordantes inuenerint. ad caritatis concordiam reuocent. Sobrie iustę: et pie uiuant. Ieiunium ament. hospites colligant. pauperes recreent. nudos uestiant. infirmos uisitent. mortuos sepeliant. Pacem si fieri potest cum omnibus {hominibus *add. sup. lin.*} habeant. magistros suos non temere reprehendant. Diem iudicii timeant. Lectionibus psalmis. ymnis. canticis. et ceterum {*sic*} bonorum operum exercitius incumbant. In dormitorio

nisi quem infirmitas detinuerit: omnes dormiant. In refectorio pariter reficiantur. Horas canonicas non neglegenter. sed cum omni religione pariter in ęcclesia celebrent. scientes angelorum presentiam illic semper adesse. Contubernia feminarum nullatenus appetunt. Caueant summopere ne extra claustra moras faciant. nisi prout sibi a priore constitutum fuerit. et oportunitas temporis dictauerit. Intra claustra positi. non otio uacent. sed aut diuinis [p. 93] officiis. aut propriis utilitatibus. aut certe magistrorum iussionibus pareant. ne otio torpentes ab apostolo audiant. Qui non uult operari: nec manducet. {2 Th 3:10} Seniores spiritaliter: iuniores diligant. Iuniores senioribus obsequium dignum exhibeant. doctiores minus doctis nequaquam se preferant. sed magis eos cum caritate ędificent. Neque hi qui nobilitate generis aut uirtutum donis pollent cęteris se tumide superextollant. Omnes in congregatione uicissim sibi caritatis officio seruiant. Quibus etiam in refectorio comedentibus et religiose silentium tenentibus continuatim legatur lectio. Delinquentes. zelo rectitudinis pariter arguant et castigant. Pueros et adolescentes neglegentes uerberum disciplinis corripiant. Singuli iuxta capacitatem suam diuersarum artium erudiantur disciplinis. ut nullum in collegio canonico inutilis appareat. ne uota fidelium otiosus comedat; Tales quippe esse immo taliter conuersari decet. omnes qui diuinis officiis se mancipauerunt. Quapropter studeant hęc breuiter collecta. sedula meditatione perlegere et memorię commendare. et adiuuante diuina gratia iuxta uires adimplere. quatenus diuinis iussionibus obtemperantes. ad christum in cuius sorte esse cognoscuntur eo opitulante peruenire mereantur. amen.

*(ed. Cross, 'Newly-identified', 81–3; catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 17)*

*C318 — cf. Coll.Wig.R, where this text is fragmentary; cf. Wulfstan's Sermo 10a (ed. Bethvrvm, Homilies, 192–93), which translates this text into Old English*

*Source* *CAAC.816.145 (ed. Werminghoff, p. 419 line 9–p. 419 line 6), abbrev., adapted*

[C194] **DE MILITIA SECVLARI.**

**S**ciendum est quia penitentes ad militiam secularem post penitentiam redire non debent. Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis. post penitentie actionem: redire ad militiam secularem; [p. 94] Et clericus non debet et armis uti. nec ad bellum procedere. quia canones docent. ut quicumque clericus in bello aut in rixa mortuus fuerit. neque oblatione. neque oratione postuletur pro eo. sepultura tamen non priuetur. Et apostolus dicit. Nemo militans deo. implicet se negotiis secularibus. {2 Tim 2:4} Vnde non est liber a laqueis diaboli. qui se militię mundane uoluerit implicare.

*(catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 18)*

*D202 — cf. A75 (C79, D84); B159 (I157, O139), which combines all but the first two sentences of this canon with the last sentence of C182; O30, which adapts this canon; B165 (I162, O–)*

*Source (*sciendum ... non debent*)* *PHAL.800.3.7; Coll.quad. 4.29; Coll.Dach. 1.5 | rubric*

*Source (from* contrarium est*, excepting* et clericus ... non priuetur*)*
*PHAL.800.3.7; Coll.quad. 4.29; Coll.Dach. 1.5 — DLEO.440.544, c. 12 (PL 54, cols 1206C–1207A)*

*Source (*et clericus ... non priuetur*)* *Coll.Wig.A 75 — Ælfric Ep.2.178 (ed. Fehr, 55), adapted*

[C195] **INCIPIT QUALITER SACERDOS SUSCIPERE DEBEAT PENITENTEM**

**Q**uotienscumque christiani ad penitentiam accedunt. ieiunia damus. et nos communicare cum eis debemus ieiunio. ut non dicatur nobis quod sacerdotibus iudeorum dictum est a domino. Ue uobis legisperitis qui adgrauatis homines: et inponitis super humeros eorum onera grauia. ipsi autem in uno digito uestro non tangitis sarcinas ipsas. {Lc 11:46} Nemo enim potest subleuare cadentem sub pondere nisi inclinauerit se ut porrigat ei manum: neque ullus medicorum uulnera infirmantium potest curare. nisi fetoribus particeps fuerit. ita quoque nullus sacerdotum peccatorum uulnera curare potest. aut animabus peccata auferre nisi prestante sollicitudine et oratione lacrimarum. Necesse est sacerdotibus sollicitos esse pro peccantibus. quia sumus alterutrum membra: et si quid patitur unum membrum compatiuntur omnia membra. Ideoque et nos si uiderimus aliquem in peccatis iacentem: festinemus eum ad penitentiam per nostram doctrinam uocare. et quotiescumque dederis consilium peccanti. simulque da illi penitentiam statim iuxta qualitatem delicti et institutionem canonum. Oportet itaque eum qui pro inlicitis ueniam poscit: [p. 95] a multis etiam licitis abstinere et indesinenter penitere. Qui enim inlicita commisit. a licitis coercere se debet. Qui per corpus peccat: per corpus et peniteat. Hoc est in uigiliis. in ieiuniis. in fletibus. in orationibus assiduis. et elemosinis multis. Uetus namque prouerbium est contraria. contrariis sanantur.

*(ed. [partial] Bateson, 'Worcester Cathedral book', 721 n. 29; catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 19)*

*cf. MS **E**, p. 125; O170, which adapts 'hoc est in uigiliis ... elemosinis multis'; 'qui per corpus peccat: per corpus et peniteat': also in C111, D171, I166/O161, O19, O160*

| | |
|---|---|
| *Source (*quotienscumque ... penitentiam statim*)* | *PHAL.800.6.pref., 'Quotienscumque' instruction (ed. Schmitz, 471), partial, abbrev., slightly adapted — cf. POX2.700.pref. (eds Kottje et al., 187, lines 140–45)*[19] |
| *Source (*iuxta ... canonum*)* | *unidentified, but cf. PHAL.800.3.15 and R2L 1.107 (not in Hartmann)* |
| *Source (*oportet itaque ... indesinenter penitere*)* | *MS **E**, p. 125; PHAL.800.3.5 (rubric), adapted; Coll.Dach. 1.3 (rubric), adapted — DLEO.440.544, c. 8 (rubric Dion.) (PL 54, col. 1199A), adapted* |
| *Source (*qui enim ... se debet*)* | *MS **E**, p. 125* |
| *Source (*qui per corpus ... sanantur*)* | *MS **E**, p. 125; also in Coll.Wig.O 160 — 'qui per corpus ... elemosinis multis': PECG.700.13.11 (ed. Schmitz, 672, lines 11–12), adapted; cf. PECU.700.Redemptionstexte (ed. Schmitz, 604, lines 7–8); PREM.700.Redemptionstexte (ed. Asbach, 13, lines 15–17); 'uetus namque ... sanantur': PCUM.600.pref. 15, partial; also in Coll.Wig.I 166/O 161* |

[C196] **DE PENITENTIA**

Potentes homines pro culpis criminalibus faciant ut zacheus dixit. Domine: dimidium bonorum et reliqua. {Lc 19:8} Nos tamen secundum traditiones patrum decernimus si forte non potest medietatem dare. donet saltim tertiam. uel IIIItam et de terra aliquid ęcclesię dei conferat. et de mancipiis dimittat liberos. ac captiuos redimat. et quicquid iniuste egit. ab illo die non repetat. sed cum ieiuniis et orationibus ac uigiliis. medelam iugiter a pio iudice querat quamdiu uixerit.

---

[19] On the provenance of the 'Quotienscumque' instruction see Körntgen, *Studien*, 121–25, 130–45.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 20a)*
*cf. C112 and D175; O21; MS* **E**, *p. 125*
*Source* *PPTH.800.49.13, abbrev., adapted — cf. PECU.700.Redemptionstexte (ed. Schmitz, 603 lines 17–28); PREM.700.Redemptionstexte (ed. Asbach, p. 12, line 19–p. 13, line 11); PECG.700.13.11 (ed. Schmitz, 672, lines 6–10)*

[C197] **ITEM**
**Q**ui autem multa mala facit. in homicidio. in sacrilegio. in parricidio. in furtu. aut rapina. uel in fornicatione. et adultero. in mendacio. in periurio. et postea conuersus deo uult in monasterio seruire usque in finem. peniteat quomodo sacerdos iudicauerit. Si in monasterio non uult intrare: duriter in laico habitu exul usque ad exitum uitę peniteat.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 20b)*
*cf. O12, which appears to adapt this canon*
*Source* *unidentified, but cf. Coll.Wig.O 12, which expands on this material — cf. PTHU.700.1,7.1; PECU.700.14.1*

[C198] **ITEM**
**S**i quis christianus christianum hominem quamuis seruum proprium in manu gentilium uendiderit. ille non est dignus inter christianos requiem habere donec redimat eum. Si autem non potuerit redimere eum. pretium quod accepit det pro eo in elemosinam. et alium de seruitute alio pretio redimat. et III annos abstineat a carne et uino et ferias legitimas in unaquaque ebdomada ieiunet ad nonam. Si autem non habuerit unde redimat [p. 96] quem uendiderat. tamen quod potuerit det in elemosinam pro eo. et VII annos peniteat.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 20c)*
*cf. B154 (I152, O135 first part), which adapts part of this this canon and combines it with scriptural material*
*Source* *PPTH.800.36.3, abbrev., slightly adapted — cf. PHAL.800.6.93 (ed. Schmitz, Bussbücher II, 299–300)*

[C199] **ITEM DE PENITENTIA**
**S**i quis fornicationem cum proprinqua perpetrauerit. aut forte cum illa quam antea cognatus habuit. primitus anathematizatur. deinde peniteat. VII annos.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 20d)*
*cf. C151/D210, which adds 'uel X uel XIIII' to the end of this canon; B143 (I142, O122), which combines this canon with C200–01*
*Source* *PPTH.800.12.10 (ed. van Rhijn, 22, lines 62–6), abbrev., adapted*

[C200] **ALIA**
**S**i quis cum spiritali commatre peccauerit. primitus anathematizatur. deinde VII annos peniteat. et numquam postea cum illa se iungat: sed semper aliquid peniteat.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 20e)*
*cf. C157/D122, which adds 'uel X uel XIIII'; B143 (I142, O122), which combines this canon with C199 and C201*
*Source (*si quis ... se iungat*)* *PPTH.800.14.22, partial, abbrev.*
*Source (*sed semper aliquid peniteat*)* *unidentified, but cf. Coll.Wig.B 135*

[C201] **ITEM**

**L**aicus maculans se cum ancilla dei. si genuerit ex ea. primitus anathematizetur. postea VII annos peniteat. III in pane et aqua. Similiter et illa peniteat. quia christiana religio fornicationem. in utroque sexu pari ratione condempnat semperque quamdiu uixerit. aliquid peniteat.

*(catalog.* J*ONES, 'Ælfric's letter', no. 20f)*

*cf. C158/D123, which has 'uel X uel XIIII' for 'III in pane et aqua'; B143 (I142, O122), which combines this canon with C199 and C200*

| | |
|---|---|
| *Source (*laicus maculans ... illa peniteat*)* | *PPTH.800.12.21 (ed. van Rhijn, 25, lines 127–29), abbrev., adapted + PPTH.800.12.10 (ed. van Rhijn, 22, line 65), adapted \| conflated — PECG.700.5.15* |
| *Source (*quia christiana ... condempnat*)* | *PPTH.800.12.7 (ed. van Rhijn, 21, lines 48–9) — DINN.402.293, c. 3 (ed. Wurm, 70, lines 5–6)* |
| *Source (*semperque ... aliquid peniteat*)* | *unidentified, but cf. Coll.Wig.C 157/D 122 and Coll.Wig.B 135* |

[C202] **ITEM**

**S**i quis laicus infantem suum oppresserit. III annos peniteat. I in pane et aqua

*(catalog.* J*ONES, 'Ælfric's letter', no. 20g)*

*Source* *PPTH.800.15.37, partial; cf. PHAL.800.5; PIUD.700.3.1, first sentence; PMEA.700.18; PHUB.700.19 — PCOB.600.18, first sentence, adapted*

[C203] **ITEM ALIA**

**I**nfans infirmus et paganus commendatus presbitero. si moritur sine baptismo. presbiter deponatur. Si neglegentia parentum fuerit. III annos peniteant. I in pane et aqua. et numquam sine aliqua penitentia.

*(catalog.* J*ONES, 'Ælfric's letter', no. 20h)*

| | |
|---|---|
| *Source* | *PPTH.800.15.35; cf. PREM.700.8.66–9; PECU.700.6.30 — PTHU.700.1,14.28–9, abbrev., adapted* |
| *Source (*et numquam sine aliqua penitentiae*)* | *PTH.800.12.8, last phrase (as in MS* ***O****)*[20] *— PBED.700.3.40, last phrase* |

[C204] **CANON HIBERNENSIS**

**S**i quis furatus fuerit pecuniam ab ęcclesia: mittatur sors. ut aut illius manus abscidatur. aut in carcerem mittatur diu ieiunans gemens. et reddat integrum quod abstulit. aut peregrinus abiciatur. et restituat dupplum. et iurabit quod non reuertatur donec impleuerit penitentiam. post penitentiam fiat monachus. semper penitens.

*(catalog.* J*ONES, 'Ælfric's letter', no. 21a; catalog.* H*AGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D134 — cf. B82 (I82, O63), which adds 'et si in patria permanserit ... semper peniteat' to the first part of this canon*

*Source* *Coll.Hib.B 31.8 (MS* ***A****, fol. 56r), abbrev., adapted; cf. Coll.Hib.A 29.7*

[C205] **CANON HIBERNENSIS**

---

[20] According to van Rhijn's edition (p. 21, line 54), only **A1** reads '*aliqua* penitentia'.

**S**i quis abstulerit ab ęcclesię terminis. pecora uel aliquid alicuius rei. capite raso et barba cum uestimento quod cum eo inuentum fuerit. VII uaccas simul cum propriis armis reddat. sed et ęcclesię quę sua sunt restituat.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 21b; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D135*
*Source unidentified*

[C206] **CANON HIBERNENSIS**
**Q**ui occiderit hominem intra septa monasterii exul cum dampnatione in alienam [p. 97] regionem exeat. uel proiectis armis raso capite et barba. reliquum uitę suę tempus in monasterio deo seruiat. primo tamen parentibus satisfaciens.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 21c; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D136 — cf. B87 (I87, O68), which abbreviates this canon*
*Source unidentified*

[C207] **CANON HIBERNENSIS**
**Q**ui percusserit clericum perforatis asta uel ense indumentis illius. culpa non leuior erit: quam qui fracto crismale corpus christi uenerabile corruperit. quod et emendabit III annorum penitentia uel XII bomatrices reddat. aut extorris propria patria exulet; Aut uero si fuste eum percusserit. VI uaccas illi restituet. aut ut supradictum est. peniteat. Dominus enim per prophetam dicit. Nolite tangere christos meos et in prophetis meis nolite malignari. {1 Par 16:22; Ps 104:15}
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 21d; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D137 — cf. B70 (I70 second part, O51), which abbreviates the second half of this canon and combines it with 'si quis autem clericum ... dignitatem peniteat'*
*Source unidentified*

[C208] **CANON HYBERITANUS**
**Q**ui leuauerit manum cum hasta aut gladio ad percutiendum aliquem iuxta episcopum uel abbatem aut scribam. redimat manum uel perdat. Quod si perforauerit uestimentum aut aliquid uulnerauerit. tondet caput cum barba et reddat uestimentum cum armis qualiter inuentus fuerit et manum redimat.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 21e; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D138 — cf. B69 (I70 first part, O50), which combines part of this canons with 'et deo seruiat ... lesit satisfaciat'*
*Source unidentified*

[C209] **S**i quis refugium crismalis alicuius sancti aut refugium baculis aut cymbalis fregerit aliquo modo uel per rapinam predam abstraxerit. uel homini aliqua ratione nocuerit. septempliciter restituet. et in dura penitentia in peregrinatione extranea per V annos permaneat. Et si laudabilis penitentia eius fuerit. postea ad solam patriam perueniat. Sin uero in exilio semper permanet.
*(ed. BIELER, Penitentials, 182; ed. BATESON, 'Worcester Cathedral book', 721–22; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 22a; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D139 — cf. B85 (I85, O66), which adapts and conflates this canon with C210/D140*

*Source* *unidentified*

[C210] **S**i quis refugium euangelium {euangelii *corr.*} fregerit uel per rapinam aliquid abstulerit. septempliciter restituet. propter septiformem christi gratiam. et propter VII gradus ęcclesiasticos. sed et per VII annos in dura penitentia permaneat in peregrinatione. Si uero non egerit penitentiam. excommunicandus [p. 98] est ab omni ecclesia catholica. et a communione christianorum omnium. nec sepultura illi in loco sancto tribuenda est.

*(ed. BIELER, Penitentials, 182; ed. BATESON, 'Worcester Cathedral book', 722; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 22b; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D140 — cf. B85 (I85, O66), which adapts and conflates this canon with C209/D139*

*Source* *unidentified*

[C211] **S**i quis tirannus {id est rex *gl. sup. lin.*} aliquem iuxta episcopum ligauerit. sanum soluat et restituat. et III alios uiros coęquales cum omni eorum substantia episcopo reddat. et ipse solus usque ad X annos in durę peregrinationis penitentia permaneat. et si contigerit ut eum uulnerauerit. VII uiros cum omni substantia episcopo reddat. et ipse solus per spatium XX annorum. in peregrinatione permaneat. Si uero eum mortificauerit omnem suam hereditatem et omnem substantiam. cum hereditabus et substantiis comitum deo reddat. et ipse in peregrinatione perhenni. uel humanius in XXX annorum peregrinatione. absque carne et muliere et ęquo. in pane sicco uiuat. et exiguo uestimento et per duas noctes in una mansione non maneat. nisi tantum sollempnitatibus precipuis. aut si infirmitas eum preoccupauerit; Et si inuitos comites habuerit. omnem substantiam eorum inter deum et hominem diuidant. et sic ipsi per spatium VII annorum in penitentia probabili permaneant.

*(ed. BIELER, Penitentials, 182; ed. BATESON, 'Worcester Cathedral book', 722; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 22c; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D141 — 'per duas noctes ... infirmitas eum preoccupauerit': cf. C236/D163*

*Source* *unidentified*

[C212] **SINODUS**

**Q**ui episcopum occiderit. arma relinquat. mille solidos reddat. XIIII annos in pane et aqua peniteat. uel secundum placitum uniuersalis concilii. Qui presbiterum occiderit. arma relinquat. DCCC solidos reddat. XII annos in pane et aqua peniteat. Qui diaconum. aut monachum occiderit. CCCC solidos reddat. X annos in pane et aqua peniteat. Qui subdiaconus occiderit. CCC solidos reddat. VII annos in pane et aqua peniteat. Sinodus romana decreuit. ut parricidium faciens. XIIII annos peniteat. Si nolens patrem. uel matrem. [p. 99] uel fratrem. uel sororem uel coniugem. aut filium casu occiderit. VII annos districte peniteat. et numquam sine religione fiat.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 23a[i])*

*D142 + D143 first sentence — cf. O10–11*

*Source (*qui episcopum ... et aqua peniteat*)* *Coll.Wig.O 11, first part, abbrev., adapted*

*Source (*mille solidos reddat ... DCCC solidos reddat ... CCCC solidos reddat ... CCC solidos reddat*)* *unidentified*

*Source (*sinodus romana ... religione fiat*)* *Coll.Wig.O 10, first part, abbrev.*

[C213] Si quis uxoratus nolens occiderit coniugem suam. VII annos peniteat. cum una peregrinatione. et diuidat omnem substantiam suam in tres partes. primam parentibus eius. secundam deo in elemosinam diuidendam. tertiam in sustentatione uitę eius. Si autem de industria uel meditatione spiritus. zelotiphię occiderit. et si non habuerit manus eius unde reddat. XIIII annos peniteat et numquam coniugem habeat. arma relinquat. et deo seruiat. Si autem habuerit unde reddat. ipse dimidium spatium peniteat. et si genuerit filios et filias. augeatur penitentia quia coniugem suam et matrem filiorum occidit. Si autem illam pregnantem occiderit. XIIII annos grauiter peniteat in exilio. quia reus coniugis et filii est. et in dimidio spatio non priuetur communione.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 23a[ii])*
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*O10 second part — cf. D143, which combines this canon with the final sentence of C212*
*Source* *Coll.Wig.O 10 second part*

[C214] **INTERROGATIO**
**S**i necessitas cogerit in quantum ualet iuramentum episcopi. presbiteri. diaconi. monachi? Ordines supradicti. se cum gradus promotionis habeant et potestatem protestandi. Presbiter secundum numerum CXX tributariorum. Diaconus. iuxta numerum LX manentium. Monachus numerum XXX tributariorum. set hoc in criminali causa. Ceterum si de terminis agrorum oritur altercatio presbitero liceat iuramenti sui adtestatione terram uidelicet unius tributarii in ius transferre ęcclesię. Duobus quoque diaconibus idipsum conceditur. Testificatio uero trium monachorum in idipsum sufficiat.
*(ed. RYAN, 'Archbishop Ecgberht', 59; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 24a)*
*D144*
*Source* *ECGB. Dialogus 1*

[C215] **INTERROGATIO**
**Q**uod si quis ex laicis clericum uel monachum occiderit: utrum pretium sanguinis [p. 100] secundum legem natalium parentum propinquis eius redditurum sit an ampliore pecunia senioribus suis satisfaciendum sit. uestra unanimitas sanciat.
*(ed. RYAN, 'Archbishop Ecgberht', 59; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 24b[i])*
*D145*
*Source* *ECGB. Dialogus 12, partial*

[C216] **Q**uicumque ex laicis occiderit episcopum. presbiterum. diaconum. uel monachum. agat penitentiam secundum grados penitentię constitutos. et reddat pretium sanguinis ęcclesię suę ut supra scriptum est. nisi aut dignitas natalium uel nobilitas generis maius reposcat pretium. Non enim iustum est ut seruitium sanctę professionis in meliori gradu perdat: quod exterior uita sub laico habitu habuisse iure parentum dinoscitur. Cui uero non est substantia ut redimat se a perpetrato homicidio. regi dimittendum est ad puniendum. ne interfectores seruorum dei. se putent inpune posse peccare. Hęc uero uindicta quam de homicidiis presbiterorum percensuimus.

maneat erga abbates qui sunt sine ordine. nisi aliquem ex his. sinodale collegium altiori consilio. aut superiorem. aut inferiorem iudicauerit;

*(ed. RYAN, 'Archbishop Ecgberht', 60; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 24b[ii])*
*D145*
*Source* *ECGB. Dialogus 12, partial*

[C217] **INCIPIUNT EXCERPTA DE LIBRI** {*sic*} **ROMANORUM ET FRANCORUM**
**S**i quis seruus ingenuum occiderit. homicida parentibus traditur. et habebunt libertatem faciendi quod uoluerint. Si autem dominus seruo arma commiserit portare. et ingenuum hominem occiderit. ipsum et alium seruum se nouerit redditurum. Si quis ingenuus seruum alterius sine culpa occiderit. seruos II domino restituat. si pro qua culpa serui fecerit seruus pro seruo. Si quis in rixa manum uel oculum pedemque {*sic*} hominis maculauerit ancillam siue seruum redditurum cognoscat. Si quis hominem lancea gladioue ferrierit {*sic*} et interiora inspiciat. argenti libras III exsoluat. Si quis caput alterius per[p. 101]cusserit usque ad cerebri squamas libras argenti III. Si quis alapam alteri inpegerit. nec sanguis nec liuor appareat. V solidos argenti exsoluat. Si quis alterius in faciem alapam percusserit ut sanguis aut liuor appareat. se ancillam nouerit redditurum. Si quis lancea aut in brachio. aut in sura alterius foramen fecerit. tamen membro non noceat argenti libras II cognoscat reddere. Si quis homicidium fecerit et fugam fecerit. parentes ipsius de patria uadant. uel pretium dimidium reddant. et sic seculari in sedibus sedeant. Post hęc si reus uenire uoluerit. reddat quod restat pretii. uiuat securus. Si interim a cognatis occisi occisus fuerit. mancipia. ancillę. uel serui. quę accipiant debitores. parentibus restituantur. Si quis fornicatus fuerit cum alterius uxore. aut sorore. aut filia. morte moriatur. Qui autem occiderit. nullam causam timeat habere. Si quis seruu[s] {seruum *corr.*} seruamque uel quamlibet pecudem uel rem aliquam conparauerat. et cum ipso fuerit consignatum. si auctorem aut fideiussorem non habuerit. de furtu se nouerit componendum. Si quis de gallis uel de saxonibus uel de qualibet gente caballum comparauerit in quamlibet speciem testibus comprobet. Si autem consignatum fuerit et inuicem testes adequauerint sic ita equale diuidant. Si testes non habuerint et mendacium conatur inquirere. triplum se nouerit restiturum {*sic*} qui conatur. Paruulus usque ad annum XII pro delicto nihil nisi disciplinam accipiat. post hanc uero ętatem quicquid delinquat uel furatur retribuat. Si quis ingenuus furtum [p. 102] fecerit et captus fuerit ipse morietur. nullus ab eo accipiat questionem. hoc usque ouem uel porcum. Quod si minus. triplum restituet. Fur per noctem occidi licet. per diem non licet. Qui occiderit in nocte. nullam causam habet. Si quis causa furti suspicionem habuerit. et non est ei titulus rei ipsius. inter dies XX consignetur. et usquequo ueritas probetur. Si quis ad iudicium inconpeditus {*sic*} uenire noluerit. et hoc per testes probetur. argenti libram unam cogatur exsoluere et quicquid ad eum fuerit repetitum sine dilatione restituat. Si quis tributum non oportune reddiderit et ad iudicem a tributario conpulsus fuerit. si mense ante predicto neglexerit. pignus det. et si neglexerit menses II duplum restituet. Si quis ancillam aut seruum perdiderit. et suspicionem habuerit. XXIIII uiri nominatim congregentur. ex quibus XII iurent. si non: reddat qui adprobatur. Si quis caballum inuocandis uiris IX iurent nihil sequitur. Si quis seruus seruum occiderit. uius {*sic*} communis dominorum existat. Si bos uel uacca alium occiderit. uiuus ac mortuus in commune dominorum existat. Si

quis commisso delicto sponte ad confessionem uenerit sacerdoti. a nullo condempnari precipimus. Si quid ab aliis abstulerit reddat. Si ab alio fuerit comprobatus et rebellis fuerit. pretium rei abstractę reddat. et tripplum se nouerit componendum. Quod si laicus repetierit clericum: causa episcopi iudicet inter illos in iudicio. Si clericus laicum conpetitit. ad iudicis asstantiam {*sic*} debeant peruenire. Si quis in morte hereditatem dimiserit quicquid coram testibus commendauerit. omnia permanere precimus {*sic*} nisi sunt iniqua. Si quis seruum uel ancillam uel uernaculum sua uoluntate libertate donauerit: nullus re[p. 103]petere permittatur. Si quis sponte sua quamlibet rem alteri donauerit. hoc priuate precipimus possidere. Si qua causa est ante iudicata. a nullo permittamus diiudicari. Si qua contentio circa finem territorii {*sic*} fuerit exorta. testibus requiratur. et finis qui prius fuerat: ipse permaneat. Clericus uero si qua causa conpetitus fuerit. et nullam iam infamiam ante portauerit. in ipsius iuramento causa finiatur. Quod si antea infamiam portauit indictis iuratoribus II causa laici ordine liberet. Si quis fideiussorem inuocauerit et contempserit iudicii condicione dampnetur. Si quis agrum uel uillam conparauerit. et ipse capitale furtum fecerit morte morietur. terra quam emerat fisco reuertatur. Quod si filius aut frater ex dono furtum fecerit pariter et fugam fecerit. ancillam et seruum fisco reddat. et ex agro nihil possideat. Quod si innocens permanserit heres. hereditati relinquatur. Si quis ad ęcclesiam arma portauerit et litem commiserit. argenti libram unam ęcclesię cogatur exsoluere. et hoc egentibus in elemosinam. Si quis filiam marito tradiderit legitimam dotem accipiat. Quod si casu mortis illum emiserit. et ipsa alteri uiro nubere uoluerit. filii dotem accipiant. Quod si hos non habuerit. patri dare iubetur. Si quis ancillam aut seruum emerit. et ante impletum annum uitium in eo apparuit. proprio domino suo reddi iubetur. Quod si annus transierit. quicquid in mancipio uitii uidetur. nullam habeat reeiciendi causam. Si quis caballum comparauerit et usque ad mensem uitium non habuerit. nullo modo reiciatur. Si quis alterum ferierit et sanguinem effuderit. uaccam reddat. et si maiorem plagam [p. 104] fecerit secundum iudicium conponi precipimus. Si quis caballum a latrone abstulerit. si ualuerit argenti libram accipiat unciam. sin autem munus {*sic*} dimidium uncię accipiat. Si quis ancillam alterius adprehenderit fugientem et domino suo potuerit euadere stagnum ferrum merito accipiat. Si quis caballum alterius non indicauerit. et ipse potuerit capere. unciam dare debet. Nullus alterius siluam inlesam et altam deuoret. quod si grauiter fecerit et ipsam effectionem reddere precipimus. Si quis caballum alterius tulerit et in pedicam ruit. suum proprium reddere precipimus. Si quis uillam uendere capitalem uicino minanti aut sponte uoluerit. siue domum siue ortum potestatem habeat et sepes quę gignunt messes et herbam. Si quis clericus laicum ferierit. secundum plagam laici ordine sine dubio reddat. Si laicus clericum percusserit. et dictis manum suam redimat. et penitentiam agat. Si quis legitime legis uoluntate patrum nupto filiam iunxerit ei. et iuxta hoc concubinam ancillam sibi habere presumpserit. ipse ab ecclesia dei et ab omni christianorum mensa sit extraneus. nisi ad penitentiam reuocetur. Si quis ancillam suam sibi in matrimonio habere uoluerit. de suis rebus habet potestatem. si uoluerit postea uenundare eam. non conceditur. Quod si eam uenundare uoluerit eum dampnari iubemus. et ancillam illam in sacerdotis ponimus potestatem. Si quis catholicus capillos totonderit more barbarorum. ab ęcclesia dei alienus habeatur. et ab omni christianorum mensa donec delictum emendet.

*(coll. [as 'X'] BIELER, Penitentials, 136–48; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 25; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D146 — cf. MS **A**, fols 130r–132v; MS **Ot**, fols 139r–141v; 'paruulus ... furatur retribuat': B104 (I104, O84), which adapts this sentence; last sentence: B156 (I154, O136), which combines this sentence with material from C218; A73 (C77, D82), which adapts the last sentence*

| | |
|---|---|
| *Source (*si quis seruus ... redditurum cognoscat*)* | *ELRF 5–8* |
| *Source (*si quis hominem ... parentibus restituantur*)* | *ELRF 10–15* |
| *Source (*si quis fornicatus ... timeat habere*)* | *ELRF 17* |
| *Source (*si quis seruum ... qui conatur*)* | *ELRF 19–20* |
| *Source (*paruulus ... commune dominorum existat*)* | *ELRF 26–34* |
| *Source (*si quis commisso ... hereditati relinquatur*)* | *ELRF 37–45* |
| *Source (*si quis ad ęcclesiam ... elemosinam*)* | *ELRF 46, abbreviated (homoioteleuton)* |
| *Source (*si quis filiam ... penitentiam agat*)* | *ELRF 47–57. Note: ELRF 54 probably omitted in D146 through homoioteleuton.* |
| *Source (*si quis legitime ... delictum emendat*)* | *ELRF 59–61* |

## [C218] **DE TONSURA**

**E**xordium tonsure a nazareis incepit qui crine seruato post [p. 105] uitę magnę continentiam caput radebant. ut deuotionem domino consecrarent; Petrus apostolus clericali tonsura primo usus est gestans in capite imaginem coronęę spinęę christi.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 26a)*

*first sentence: B156 (I154, O136) first sentence; second sentence: B157 (I155, O137) first sentence*

| | |
|---|---|
| *Source (*exordium ... consecrarent*)* | *Coll.Hib.A 52.1/Coll.Hib.B 52.1 (MS **A**, fol. 114r) \| first sentence, abbrev. — ISIDORE, De eccl.offic. 2.4 (ed. Lawson, 55, lines 2–6), first sentence, abbrev., adapted* |
| *Source (*petrus apostolus ... spinęę christi*)* | *Coll.Hib.A 52.2/Coll.Hib.B 52.2 (MS **A**, fol. 114r–v) \| adapted* |

## [C219] **CANON ROMANUS**

**Q**uicumque clericus ab hostiario usque ad sacerdotem sine tonica uisus fuerit. quę {*sic*} turpitudinem corporis et nuditatem tegat. et si non more romano capillos et barbam tonderit. excommunicetur.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 26b)*

*cf. B158 (I156, O138), which adapts and combines this canon with material adapted from A76*

*Source* *Coll.Hib.B 52.5 (MS **A**, fol. 114v) — Synod.I Patric. 6 | adapted*

## [C220] **EXEMPLA SAXONICA AC {*sic*} CASTIGATIONEM HOMINUM**

**G**ermanię sane prouincie mos est doctoribus. ut omnium ordinatorum laicorumue delinquentium culpis ęquales in publico rependant noxas. Quamuis enim nobiles ignobilesque simili modo peccent. non uno tamen iudicio artantur. Si quis uilium personarum publice commiserit. haud dubium qin {*sic;* qvi in *corr.*} publice arguatur. Nimirum cum ad penitentiam conuersus fuerit. in die constituto qui est lune. ante ęcclesiam ueniat cilicio indutus. nudis apparens pedibus. scopam uero et forpicem secum habeat. ibique commissum a preposito ęcclesię aut ieiunio accepto. aut uerbera passus doleat. Attamen si preposito uidetur ut hic penitens tanta non ualeat ferre ieiunia.

palam omni clero scopis uapuletur. quin etiam tonsus depiletur coma. Nobilis si unius carinę. hoc est XL[mo] ieiunium redimere cupit. aut flagra CC sustineat. aut CC solidos soluat.
*(ed. BATESON, 'Worcester Cathedral book', 724–25; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 27[i])*
*D147*
*Source* *unidentified*

[C221] **ITEM**
**S**i quis nobilium personarum nefas perpetrauerit et emendare sponte noluerit. aut fastu cordis elatus hoc agere spreuerit omni populo in derisum fiet. sicque excommunicatus ab episcopo inuitus ad penitentiam ueniet. et sic in carcerem [p. 106] missus peniteat. ieiunio maceretur luminisque absentia puniatur.
*(ed. BATESON, 'Worcester Cathedral book', 725; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 27[ii])*
*D148*
*Source* *unidentified*

[C222] **ITEM EXEMPLUM.**
**Q**uodam namque tempore audiuimus quod quędam sanctimonialis deprehensa in adulterio publice arguebatur. Huius etenim rei. sic ordo fuerat. Illa uero concipiente prolem cum genuisset fortasse huiuscemodi res acta. episcopi peruenit ad aures. Qui mox precepit die dominico. dum missam celebraret eam cum infante adduci. statuique ipsum in matris collo omnique adstanti ait populo. Hęc namque est fornicaria quę fornicata est: peperitque filium iniquitatis. Porro ab omni plebe dum inluderetur ipsa meretrix iussa est flagellis cedi. et annorum XII penitentiam agere. Namque ipsum adulterum retrusum carcere. IX diebus flagellis cedi iussit totque annorum illi penitentiam imposuit.
*(ed. BATESON, 'Worcester Cathedral book', 725; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 27[iii])*
*D149*
*Source* *unidentified*

[C223] **S**epe etiam et nos uidimus ipsi parricidas ieiuniis macerari uinclisque ferreis quantotiens coartari. ita ut proprio quis circumcinctus ense medius cum quo iracundus perculit trinisque uinclis adhibitis uno uinceretur {*sic*} brachio et numquam solui aliquem. nisi uera penitentia subueniente sacris solueretur in locis. sed huius auctoritatis causa nostris latet paginis.
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(ed. BATESON, 'Worcester Cathedral book', 725; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 27[iv])*
*D150*
*Source* *unidentified*

[C224] **Q**uin etiam facinora sua refutantibus profiterique nolentibus grauia apponunt iudicia. Si quis delatus fuerit furtum facere aut quidlibet leuioris sceleris impetrasse. feruentis ferri se defendat examine. At uero sacrilegus et homicida qui retur esse alio utatur iudicio id est nouem calidis uomeribus ordinatim positis. nudis superambulet pedibus.
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(ed. BATESON, 'Worcester Cathedral book', 725; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 27[v])*

*D151*
*Source* *unidentified*

[C225] **Q**ui autem suspicatur esse parricida aut sui deceptor erit {*sic*} [p. 107] et rennuit uerum esse unum de duobus iudicium eligat aut sepeliatur IX uel VII uel III pedum profunditate usque in diem III[um] ut tamen imposita ori eius harundine tenuem emittat alitum. aut etiam cerato consepto {*sic*} panno igne consumpto {*sic*} innoxius adprobetur.
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(ed. Bateson, 'Worcester Cathedral book', 725; catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 27[vi])*
*D152*
*Source* *unidentified*

[C226] **A**udiuimus etiam et opinionem de quodam adulterante clerico. quam graui sit usus iudicio. Nam cum ipse in nefario concubitu apud alterum uirum nupte uxoris deprehensus esset ductus est ad episcopum. illo quoque precipiente dira uerberum passus est supplicia. tandemque eius collo ad portandum grauis affigitur. trabes. et pro maioris adhuc causa dedecoris ei adcopulabatur licisca. et adnexus corrui {*sic*} presulis. quocumque iter agendum esset consecutus est eum. et ad ultimum in suo fronte causa facti. acu inpingitur. hic est profanus adulter.
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(ed. Bateson, 'Worcester Cathedral book', 726; catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 27[vii])*
*D153*
*Source* *unidentified*

[C227] **H**ęc[21] quoque reticendum est. quod quidam presbiter furtum aggressus. ut audiuimus bouem detraxit. Huic uero ne ad capitis duceretur periculum. ab episcopo decretum est. ut restituto boue. boui coniugaretur passimque per loca ductum uapulari. et omni coma decaluari. nam et ipsius fronte nomen odibile ad ultimum prenotatum est quod dicitur. FUR.
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(ed. Bateson, 'Worcester Cathedral book', 726; catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 27[viii])*
*D154*
*Source* *unidentified*

[C228] **Q**uędam sanctimonialis adulterio deprehensa. iubente episcopo flagellis cesa est. et omni expectante plebe. circa inguina eius concidebantur uestimenta et sic se de {*sic*} a suo depulsa est monasterio.
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(ed. Bateson, 'Worcester Cathedral book', 726; catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 27[ix])*
*D155*
*Source* *unidentified*

21 hęc] nec *coniecit Bateson*

[C229] **S**acerdotes obnoxios antequam degradentur laicis iudicare nefas est dicente scriptura. Laicus non diiudicet christum domini: id est sacerdotem. Quomodo sacerdos sit iudicandus. exemplo cuiusdam presbiteri cum alterius [p. 108] uiri coniuge adulterantis docetur. Qui deprehensus cum esset in sinodali concilio papa residente episcopisque quamplurimis considentibus presentatus est et de eo quid esset agendum inter se dum diu quererent statutum est ut sacerdotalia legerentur iudicia. perlectisque satisfacere. papa decreuit. Quantum uero ad solum pertinet sacerdotem. Primo perlecto iudicio. ipse medius statuitur. alba indutus et casula et omni ueste quę ad sacerdotale ministerium contingit. duo aggredientes presbiteri accipiant {*sic*} eius casulam in limbo et replicantes eam detrahebant. Secundo perlecto iudicio stola priuatus est. Tertioque finito alba et omni sacerdotali uestimento expoliatus est. Nouissime aut forpicibus tonsus turpiter decaluatus est. Nostrum[22] inquid papa quod ad iudicium pertinebat compleuimus. si quid uero residui sit: uestras eum secundum leges iudicate. Hoc audito sermone. laici eum accipientes. extra ęcclesiam ducebant. dirisque flagris affectum. tamdiu per plateas trahebant. usque dum diri lapides suas resecabant membratim carnes. et castratum atque truncatum una manu et una pede semiuiuum dimiserunt.

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(ed. BATESON, 'Worcester Cathedral book', 726; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 27[x])*
*D156*
*Source* *unidentified*

[C230] **S**unt namque his temporibus iudices. qui pro modico commisso homines statim morti adiudicant. paruipendentes monita apostoli dicentis. castigate et non mortificate. {2 Cor 6:9} Castigandi sunt enim rei diris flagris. uel uinculis. et in carcerem mittendi sunt. et trabibus includendi. et plumati piceque perfusi ad spectaculum publicum in cippum mitti debent. et diuersis penis cruciandi sunt. ne animę pro quibus ipse dominus passus est in ęterna pena dispereant. Diuersis [p. 109] itaque modis rei puniendi sunt. et non statim necandi. sed per penas saluandi. ne in eternas incidant alii ut diximus. catenis et flagellis. alii fame uel frigore constringendi sunt. Alii pellem et pilos simul perdentes. turpiter obprobria sustineant. et alii adhuc acrius constringantur. id est membrum perdant. oculum uidelicet uel nasum. manum uel pedem. seu aliud aliquid membrum. Unusquisque autem prout gessit penas exsoluat. Uerumtamen iudices non sint inmemores euuangelici sermonis. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini. {Mt 7:2} Iacobus quoque dicit. Iudicium enim est sine misericordia. illi qui non facit misericordiam. {Iac 2:13}

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(ed. BATESON, 'Worcester Cathedral book', 726–27; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 27[xi])*
*D157 — cf. I170/O165, which abbreviates and adapts this text, and combines it with material from Coll.Wig.B and Coll.Wig.I/O; I168–69/O163–64; LawVIAtr(Lat) 10.1*
*Source* *unidentified*

---

[22] nostrum] *not* nunc *as BATESON*

[C231] **I. Q**uinque uel VII annis tibi .N. penitentia nunc a nobis inponitur. Sed in isto primo anno. arma depone ad communionem noli accedere. Quando plebs ad ęcclesiam conuenerit. ad hostium ęcclesię missarum sollempnia audi.

**II.** Si uero populus ad ęcclesiam non conueniat. cum sacerdote intra ęcclesiam et ora.

**III.** Ab uxoris carnali copulatione. et ab omni fornicatione te omnimodis abstine.

**IIII.** In toto isto anno carnem ne comedas exceptis diebus dominicis. et a natale domini usque epiphaniam. et pascha. et pentecosten. et ascensionem domini. uel sollempnitatem Sanctę marie. et XII apostolorum et sancti iohannis baptistę. et festiuitatibus sanctorum in hac parrochia quiescentium.

**V.** Uinum tribus diebus in ebdomada. id est II$^{da}$ et IIII$^{ta}$ et VI$^{ta}$ bibere noli. aliis tribus feriis caute bibe cum biberis.

**VI.** Paschę quoque unum pauperem omni dem[23] {*sic*} refectionis tuę. Et si quando manducaueritis aut biberitis. uide ut ad crapulam aut ebrietatem non peruenias.

**VII.** De balneatione corporis [p. 110] tui et rasione in prouidentia erit presbiteri. Si autem hoc anno hęc libenter sustinueris deinceps deo propitio mitius iudicaberis.

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(ed. Bateson, 'Worcester Cathedral book', 727; catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 27[xii])*
*D158 — cf. C235/D162; C237; C238/D164*
*Source unidentified*

[C232] ***(C**, p. 110): Bishop Wvlfstan, Letter to the English clergy and religious, reporting on the penitential status of an unnamed English parricide (written 996x1002)*

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(coll. [as 'C'] Whitelock, C&S, I.i, 233–34 [no. 1]; coll. [as 'X'] Aronstam, 'Penitential pilgrimage', 79 [no. 1]; coll. [as 'X'] Bethvrvm, Homilies, 374; catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 28i)*
*D159; MS **H**, fol. 41r*

[C233] ***(C**, p. 110): Bishop Wvlfstan, Letter to the English clergy and religious, beseeching prayers for an unnamed Englishman who unintentionally ('casu') killed his own child ('proprię sobolis') (written 996x1002)*

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(coll. [as 'C'] Whitelock, C&S, I.i, 234 [no. 2]; coll. [as 'X'] Aronstam, 'Penitential pilgrimage', 79–80 [no. 2]; coll. [as 'X'] Bethvrvm, Homilies, 374–75; catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 28ii)*
*D160; MS **H**, fol. 41r*

[C234] ***(C**, pp. 110–11): Bishop Wvlfstan, Letter to the English clergy and religious, beseeching prayers for an unnamed Englishman who, in anger, killed his brother ('proprii fratris') (written 996x1002)*

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(coll. [as 'C'] Whitelock, C&S, I.i, 234 [no. 3]; coll. [as 'X'] Aronstam, 'Penitential pilgrimage', 80 [no. 3]; coll. [as 'X'] Bethvrvm, Homilies, 375; catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 28iii)*

---

[23] dem] die dona *coniecit Bateson*

*D161; MS **H**, fol. 41r*

[C235] *(**C**, p. 111): (fol.12v): IOHANNES PAPA (XVIII ?), Letter to an unnamed archbishop, commending an unnamed penitential pilgrim ('nomine .N.') recently returning from Rome with a sentence of life-long penance for an unspecified crime (written 1004x1009 ?)*

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*

*Note: this letter (beginning 'Huius igitur ostensorem') not catalogued by JAFFÉ–LÖWENFELD.*

*(coll. [as 'C'] WHITELOCK, C&S, I.i, 234–35 [no. 4]; coll. [as 'X'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 80 [no. 4]; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 28iv)*

*D162; MS **H**, fol. 41r–v — cf. C231/D158; C237; C238/D164*

[C236] *(**C**, p. 111): GREGORIVS PAPA (V ?),*[24] *Letter to (arch)bishop Ælfric (of Canterbury, 995–1005 ?), commending an unnamed penitential pilgrim recently returning from Rome with a sentence of seven years of penance for unintentionally ('non sponte') killing his own son (written 996x997 ?)*[25]

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*

*Note: this letter (beginning 'Notum fieri volumus') not catalogued by JAFFÉ–LÖWENFELD.*

*(coll. [as 'C'] WHITELOCK, C&S, I.i, 235 [no. 5]; coll. [as 'X'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 80 [no. 5]; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 28v)*

*D163; MS **H**, fol. 41v — 'in una domo duas noctes ... fuerit infirmitate': cf. I183/O8 and C211/D141*

[C237] *(**C**, pp. 111–12): IOHANNES PAPA (XVIII ?), Letter to an unnamed (arch?)bishop, commending an unnamed penitential pilgrim recently returning from Rome with a sentence of seven-years of penance for an unspecified crime (written 1004x1009 ?)*

*Note: this letter (beginning 'Dignum duximus dilectioni') not catalogued by JAFFÉ–LÖWENFELD.*

*(coll. [as 'C'] WHITELOCK, C&S, I.i, 235 [no. 6]; coll. [as 'X'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 81 [no. 6]; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 28vi)*

*MS **H**, fol. 41v — cf. C231/D158; C235/D162; C238/D164*

*The following text has been added in the outer margin of **C**, p. 112 by a roughly contemporary hand. The text is set off from the main text and divided into three sections by hand-drawn borders. The subject matter (terms for familial relationships) has little to do with any subject touched by the text on this page, except perhaps the mention of fratricide in C238/D164 and the killing of one's 'propia soboles' in C239/D165.*

[C237a] PATER. {Fæder *gl. sup. lin.*} AVVS. {ealdafeder *gl. sup. lin.*}
PROAVUS. {þriddafæder *gl. sup. lin.*} ABAVVS. {Feorðafæder *gl. sup. lin.*}

[24] Or perhaps Gregory VI, in which case the addressee would be Ælfric Puttoc, archbishop of York (1023–1051) and bishop of Worcester (1040–1041). This of course would mean that *Coll.Wig.C* 235/*D* 162, like *Coll.Wig.D* 167 and probably *Coll.Wig.D* 165, would be an unauthorized addition to Wulfstan's collection of penitential letters.

[25] Whitelock (*C&S*, I.i, 233) suggests that Ælfric was designated *episcopus* and not *archiepiscopus* in this letter because he had not yet obtained his pallium, which he did in 997.

ATTAVVS. {Fiftafæder *gl. sup. lin.*} TRITAVVS {Sixtafæder *gl. sup. lin.*}
Patruus. frater patris. Patruelis. filius patrui. Fratuelis. {*sic*} filius fratris.
Auunculus. frater matris. Nurus. uxor filii. Amita. soror patris. Socrus. mater uxoris. Matertera. soror matris. Glos. soror mariti. uel. uxor mariti. uel. uxor fratris. uel. soror mulieris.
*Source* *unidentified*

[C238] ***(C**, p. 112): IOHANNES PAPA XVIII, Letter to Archbishop Wulfstan, commending an unnamed penitential pilgrim recently returning from Rome with a sentence of life-long penance for killing his brother ('fratricidio') and for other crimes (written 1004x1009)*
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*Note: this letter (beginning 'Iste vir pro') not catalogued by JAFFÉ–LÖWENFELD.*
*(coll. [as 'C'] WHITELOCK, C&S, I.i, 235–36 [no. 7]; coll. [as 'X'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 81 [no. 7]; coll. [as 'X'] BETHVRVM, Homilies, 375–76; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 28vii)*
*D164; MS **H**, fols 41v–42r — cf. C231/D158; C235/D162; C237*

[C239] ***(C**, pp. 112–13): IOHANNES PAPA (XIX ?),[26] Letter to an unnamed archbishop, commending an unnamed penitential pilgrim recently returning from Rome with a sentence of fourteen years of penance for unintentionally ('casu accidente') killing his own child ('proprii sobolis') (written 1024x1033 ?)*
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*Note: this letter (beginning 'Visis apostolorum liminibus') not catalogued by JAFFÉ–LÖWENFELD.*
*Note: this letter probably a later, unauthorized addition to Wulfstan's collection of penitential letters.*
*(coll. [as 'C'] WHITELOCK, C&S, I.i, 236 [no. 8]; coll. [as 'X'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 81 [no. 8]; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 28viii)*
*D165*

[C240] ***(C**, p. 113): Archbishop W(VLFSTAN ?),[27] Letter to an unnamed pope ('domino pape .N.') and all Roman clergy, commending an unnamed penitential pilgrim arriving in Rome seeking penance for killing his cousin ('avunculi sui filium') (written 1002x1023 ?)*
*(coll. [as 'C'] WHITELOCK, C&S, I.i, 237 [no. 9]; coll. [as 'X'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 82 [no. 10]; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 28ix)*
*D166; MS **H**, fol. 42r; MS $\boldsymbol{P_1}$, fol. 170r*

[C241] **D**e prima predicatione sacerdotum.
**Q**uomodo ęcclesię construantur per sacerdotes.

---

[26] Aronstam, 'Pope Leo IX', 536 n. 13, has argued that this letter was written by Pope John XIX, noting that it is absent from **H** (contemporary with Wulfstan), and that the style and type of the penance stipulated in this letter differentiate it from the letters in this collection that were written by Pope John XVIII.

[27] '.W.' is the reading in MS C, while MSS DH have '.N.' Instead of '.W. anglorum archiepiscopus', the version of this letter that has been copied into $\mathbf{P_1}$ has '.W. scyreburnensis ęcclesie', indicating Wulfsige, bishop of Sherborne (993–1002). Due to their being identical, determining whose version of this letter, Wulfstan's or Wulfsige's, is original may be impossible; however, Karl Jost and Dorothy Whitelock have suggested that Wulfstan's version came first: see *C&S*, I.i, 230–31.

**D**e indumentis sacerdotum.
**D**e moribus sacerdotum.
**D**e domibus sacerdotum.
**Q**uomodo sacerdotes suum crisma accipere debere.
**Q**uomodo debeant sacerdotes baptizare siue mortuos sepelire seu penitentiam dare sine pretio.
**Q**uod non debeant sacerdotes inebriari nec uillici fieri.
**Q**uibus temporibus baptismum celebrari debent.
**D**e decimis.
**D**e dominis et seruis et quod non debeant sacerdotes personam illius {*sic*} accipere in iudicio.
**D**e oblationibus dessidentium fratrum.
**Q**ualem honorem sacerdotes prestare debeant ęcclesiis dei.
**Q**uales libros sacerdotes habere debeant.
De eucharistia. [p. 114]
**D**e doctrina sacerdotum.
**Q**uot sacerdotes ad concilium uenire debeant.
**Q**uod non debeant sacerdotes pecuniam dare pro ęcclesia.
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*Note: the order of titles as given in C241 does not match exactly the sequence of canons in C242–59.*
*(coll. [partial, as C] BROMMER, Capitula episcoporum I, 234–52; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29a; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*cf. D215*

[C242] **P**rimo omnium credendum est atque omnibus generaliter predicandum patrem et filium et spiritum sanctum unum esse deum omnipotentem ęternum inuisibiliter qui creauit celum et terram mare et omnia quę in eis sunt. et unam esse deitatem et substantiam et maiestatem in tribus personis. patris. et filii. et spiritus sancti. Itemque quoniam filius dei incarnatus est de spiritu sancto et maria uirgine pro salute et reparatione humani generis. homo factus. passus. sepultus. et tertia die resurrexit et ascendit ad cęlos. sedetque ad dexteram patris omnipotentis. et quia uenturus sit iudicare omnes homines secundum merita propria et quoniam omnes mortui in uera carne resurgent. Impii propter scelera sua diabolo in ignem mittendi ęternum. iusti uero cum christo et sanctis angelis eius in uitam aeternam.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 234–35; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[i]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D216*
*Source* *RADVLF Cap. 1 — ANSEGIS Coll.cap. 1.76, partial, adapted*

[C243] **P**lacuit nobis ammonere fratres et consacerdotes nostros. ut ęcclesia {*sic*} dei per illorum parrochias suum habeant honorem et altaria secundum suam dignitatem uenerentur et exornentur domusque dei et altaria sacrata. non sint canibus et porcis peruię. et ut secularia negotia uel uaniloquia in ęcclesiis non agantur. quia domus dei domus orationis debet esse. non spelunca latronum. {cf. Mt 21, 13}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 235; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[ii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D217 first part*
*Source* *RADVLF Cap. 2 (ed. Brommer, 235, lines 8–12) — ANSEGIS Coll.cap. 1.67, abbrev., adapted*

[C244] **M**onemus etiam ut predictas ęcclesias bene construant. et emendent. iuxta rerum possibilitatem et luminaria tribuant sicut decet ut in omnibus honorificetur deus. et ęcclesia sancta christi sanguine mercata ueneretur. magnificetur. atque exaltetur.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 235; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[iii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D217 second part*
*Source* *RADVLF Cap. 2 (ed. Brommer, 235, lines 21–4)*

[C245] **A**mmonendi sunt etiam sacerdotes. ut operam dent quatinus [p. 115] missalem. et lectionarium. psalterium. siue alios libros sibi necessarios. antiphonarium. martirlogium. compotum. penitentialem. bene correctos habeant. quia sepe dum bene aliquid deum rogare cupiunt. per inemendatos libros male rogant. et pueros suos non sinant uel legendo uel scribendo eos corrumpere.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 237; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[iv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*Source* *RADVLF Cap. 5 (ed. Brommer, 237, lines 10–13)*

[C246] tatuimus {*sic*} quoque ut cum studio summo lintheamina nitida altaribus preparentur et sacerdotalia indumenta cum quibus sacrificatur. obtima pro uiribus et munda habere satagant. et siue noua siue uetustate confecta ad alios usus transire nullo modo sinant.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 237; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[v]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D218*
*Source* *RADVLF Cap. 5 (ed. Brommer, 237, lines 19–22) — cf. ANSEGIS Coll.cap. 1.146*

[C247] **U**t presbiteri semper habeant paratam eucharistiam. ut quando quique infirmauerint. statim eos communicent. ne sine communione moriantur. Et sacrificia sanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni sunt. et cum honore seruentur. Ab omnibus autem cauendum summopere monemus. ut non diutius quam VII diebus seruentur. ne forte putrida et inhonesta appareant. sed tamdiu in uase mundissimo custodiantur usque dum alia dicata succedant.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 238; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[vi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D219*
*Source* *RADVLF Cap. 6, abbrev. — 'ut presbiteri ... communione moriantur': ANSEGIS Coll.cap. 1.155, abbrev., adapted; 'et sacrificia ... honore seruentur': ANSEGIS Coll.cap. 1.67, partial*

[C248] **D**ebet itaque christi sacerdos esse compositis moribus uultu hilari. sermone proficuo. exemplo salubri. animo placido. sine dolo et simulatione. atque omnibus in commune uirtutibus clarere. quatinus sibi commissos. non liuoris atque amaritudinis zelo pertrahat ad ruinam. sed caritatis atque dulcedinis prouidentia prouocet ad salutem.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 238–39; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[vii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D220*

*Source* *RADVLF Cap. 7 (ed. Brommer, 238 line 22–p. 239 line 4)*

[C249] **V**t presbiteri qui sibi et ceteris prodesse debent summopere studeant ut doctrinam rectam teneant. et baptisma catholicum obseruent. et missarum preces bene intellegant. et horas cano[p. 116]nicas diurnas uel nocturnas custodiant. Et psalmi digne secundum diuisiones uersuum modulentur. et dominicam orationem et symbolum. atque expositionem ipsi noscant et omnibus predicent intellegendam. ut unusquisque sciat quid a deo petat. quatinus eorum doctrinis atque exemplis multi protrahantur ad seruitium dei. sicut ipse dominus in euangelio precepit. Sic luceat lux uestra coram hominibus. ut uideant opera uestra bona et glorificent patrem uestrum qui in cęlis est. {Mt 5:16}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 239; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[vii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D221*

*Source* *RADVLF Cap. 8 — 'ut doctrinam rectam ... deo petat': ANSEGIS Coll.cap. 1.66, partial, adapted; 'multi protrahantur ... cęlis est': ANSEGIS Coll.cap. 1.68, partial, adapted*

[C250] **O**mnes in commune seniores ęcclesiarum laicos monemus. ut in domibus sacerdotum quę munde et caste ac religiose esse debent. cum uxoribus uel aliis feminis seu canibus habitare nullatenus presumat. {presumant *corr.*} quoniam inlicitum est eum qui soli deo seruire iubetur. Luxoriosis uerbis atque superfluis implicari tumultibus et commissi officii prefixas psallendi. uigilandi. orandi. atque si necessitas euenerit baptizandi infirmisque et deficientibus subueniendi corrumpere metas. Hoc uero nefas deinceps fieri uetamus. ne dei ministri seculari oppressione ledantur. et christi grex carissimo pretio comparatus. neglegentia pastoris morte dampnetur ęterna. Si autem abhinc tale aliquid gestum fuerit ad nostram citius perueniat notitiam. ut auctoritate diuina ad corrigendum. uel inuiti deducantur transgressores.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 239–40; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[viii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*Source* *RADVLF Cap. 9*

[C251] **S**ecundum priscorum edicta patrum cuncti sacerdotes per parrochias constituti ad concilium uenire iubentur. ut ibi omnium questionum negotia ab episcopo discutiantur. Et quę utilia conprobentur. et inutilia queque et inlicita canonicę corrigantur. Unde monemus [p. 116a] omnes ut hęc salutaria monita custodire non neglegant. et ad synodum omni occasione sublata ocurrere indifferenter satagant. qualiter unanimitate seruata omnia uero disceptationum ruinosa tollantur discidia. Si quis his institutionibus contrarię temptauerit. et sinodalia iura contempnens.

ad nostrum concilium nostrorumque ministrorum festinare distulerit. nisi iustam excusationis protulerit causam canonicę excusationis sentię {*sic*} penam;

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 241; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[ix]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*Source* *RADVLF Cap. 12*

[C252] **D**e presbiteris qui accipiendi crismatis gratia ad ciuitates in cena domini uenire soliti sunt constituimus. ut ex decem eligatur unus. qui acceptum crisma sociis suis diligenter perferat. Hi uero qui non longius a ciuitate quam sex aut septem milibus habitant. ad accipiendum crisma per se ueniant. Tres autem omnes secum deferant ampullas. unam pro crismate. aliam pro oleo ad caticuminos. tertiam pro oleo ad infirmos unguendos. secundum apostoli iacobi documentum. cui etiam decreta patrum consonant. Infirmi oleo quod ab episcopo benedicitur: a presbiteris ungui debent. Dicit enim. Infirmatur quis in uobis inducat presbiteros ęcclesię et orent super eum. unguentes eum oleo in nomine patris et oratio fidei saluabit infirmum. et alleuabit eum dominus. et si in peccatis sit remittentur ei. {Iac 5:14–15} Non est ergo paruipendenda huiuscemodi medicina. quę corporis animęque medetur languoribus. Presbiteri autem crisma sub sigillo custodiant. ut nulli sub texto medicine uel alicuius maleficii[28] dare presumant. si fecerint honore priuentur.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 243–44; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[x]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*Source* *RADVLF Cap. 14*

[C253] **S**tatuimus quoque ut nullus sacerdos pro accepta ęcclesia mu[p. 116b]nera dare presumat. et hoc iuxta canonum decreta seu gloriosissimorum regum karoli scilicet ac ludouuici decernimus. ut unusquisque presbiter res quas post diem consecrationis adquisierit. ad propriam relinqua {*sic*} ęcclesiam.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 246; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[xi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D222 first part*

*Source* *RADVLF Cap. 17 (ed. Brommer, 246, lines 4–8) — 'ut unusquisque presbiter ... relinqua ęcclesiam': ANSEGIS Coll.cap. 1.150*

[C254] **A**udiuimus quosdam sacerdotes maligno instinctu agitatos. pro baptismatis gratia siue pro sepulturę loco pretia iniusta a nonnullis accepisse quod nefandissimum facinus in cunctis maiorum institutis nouimus prohibitum. Gratis enim datur. et gratis dare iubetur. {Mt 10:8} Et ideo nihil deinceps quilibet sacerdotum pro baptizandis siue sepeliendis hominibus pretii exigere presumat. sed eos quos corporis ualitudo {id est fortitudo *gl. sup. lin.*} sociat solutis temporibus constitutis sponte baptizent. Et si in fine mortis constituti fuerint. eos absque aliqua dilatione {id est mara *(sic) gl. sup. lin.*} sine alicuius pretii munere ad regenerationis baptismum admittant. Cum uero ex hac uita recesserint. cum psalmis. et canticis diligenter ad sepulchrum illos deferant.

---

[28] maleficii] *corr. from* maleficu *?*

nullum exinde pretium requirentes nisi ipsi aut parentes eorum. seu elemosinarii {qui expendunt elemosinam elemosinarii *gl. in mg.*} sponte aliquid tribuant. Similiter de penitentia danda et de sacramento in ęcclesia faciendo ecclesiastica uetat auctoritas nullum prorsus exquirere donum. Penitentiam querentibus cito succurrendum est. et iurantibus ne in periurium incidant predicandum. Peccantes ergo ut ad penitentiam redeant omni sollicitudine inuitandi et iurantes ut crimen non incurrant omnimodis suadendi sunt. quoniam frequenter nonnulli paupertate cogente deterriti baptismum deferunt et absque baptismatis gratia filios suos mori permittunt. Alii quoque iuramenti pretium quod illis inlicite [p. 117] a sacerdotibus exigitur metuentes periurium perpetrare non formidant. Si quis sacerdotum hęc prohibita deprehensus fuerit amisisse. uel commissa potius spontanea uoluntate citius non correxerit. proprii honoris inrecuperabiliter periculo subiacebit.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 246–47; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[xii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*cf. D222 second part, which abbreviates this canon*
*Source* *RADVLF Cap. 18*

[C255] **O**bseruandum est sacerdotibus ut se ab ebrietate abstineant. quoniam secundum scripturam ebrietas nullum uitium excusat. Et apostolus commonet dicens. Nolite inebriari uino in quo. est. luxuria. {Eph 5:18} Et neque per tabernas aut bibendo. aut comedendo. neque domos aut uillas curiositate qualibet peragrent. aut cum feminis uel quibuslibet inpuris personis conuiuia exerceant. Neque commesationibus et cęteris pestibus ad gastrimargiam pertinentibus deseruiant. et ad forum uel mercatum nullatenus uadant. neque ad seculare iudicium pergant. nisi forte ut pauperibus succurrant. aut de uerbo dei iudices ammoneant. ut iusta iudicia iudicent. Si eorum propria causa agenda est cum licentia episcopi et cum auocato pergant. Prohibimus omnimodis. ut presbiteri uillici et conductores seniorum non fiant. nec fideiussores existant. Carnis quoque uoluptatem et negotia secularia. et uanas huius mundi delicias inpudica conuiuia uana spectacula. mortiferas huius seculi pompas. obscena iocorum uerba risus inutiles. uenationem cum auibus uel canibus usuras. negotiationes inlicitas. pondera iniqua. placita secularia. munera iniusta. et omnia mortalia peccata. et si qua sunt similia monemus. ut [p. 118] refugiant. quoniam secundum apostolum. nemo militans deo implicat se negotiis secularibus. ut ei placeat cui se probauit. {2 Tim 2:4} Cęteros itaque ad ęcclesiam christi pertinentes. pie et iustę preuidere et regere debent tamquam christi milites bene agendo et predicando. iuxta domini sententiam qui ait. Sic lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra. et reliqua {Mt 5:16}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 247–48; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[xiii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*cf. D224, which abbreviates this canon*
*Source* *RADVLF Cap. 19 (ed. Brommer, 247, lines 17–21) — 'obseruandum est ... conuiuia exerceant': THEODVLF Cap.I, 13, partial, abbrev., adapted. Note: 'neque commesationibus ... nullatenus uadant' probably omitted in D224 through homoioteleuton.*

[C256] **B**aptismum certis temporibus celebrari antiqui patres sanxerunt. pasca uidelicet et pentecosten. Aliis uero temporibus quempiam baptizari canonica uetat {id est prohibet *gl. sup. lin.*} auctoritas. preter eum quem in periculo mortis constitutum necessitas summa constringit. His itaque duobus temporibus pascha scilicet et pentecosten. omnes ex cellis sacerdotes ad uicos conuenire debent. et ibi officio peracto. cum summa diligentia baptizandos quosque baptizent. {id est qui baptizandi sunt baptizent *gl. sup. lin.*} et tunc ad proprias ęcclesias cum baptizatis suis et ceteris subiectis remeantes missarum sollempnia persoluant. et baptizati et qui eos a fonte baptismatis susceperunt omnes communicent. Et quamdiu in albis sunt. cotidie a patronis ad ęcclesiam cum luminaribus deducantur. et corpus et sanguinem christi usque in diem octauum ęquali iure cuncti percipere studeant. Patroni autem eos quos de fonte lauacri suscipiunt erudire summopere studeant. et orationem dominicam et symbolum illis insinuent. quoniam eos domino genuerunt et pro eis fideiussores existunt. Qui uero in publica sunt penitentia constituti. aut criminali peccato tenentur obnoxii. neminem a lauacro fontis suscipere. neque coram episcopo ad confirmationem tenere presumant. usquequo penitentia peracta. satisfactionem condignam percipere mereantur. [p. 119]

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 249–51; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[xiv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*Source (*baptismum ... percipere studeant*)* *RADVLF Cap. 20 (ed. Brommer, 249, lines 3–13)*

*Source (*patroni autem ... mereantur*)* *RADVLF Cap. 22 (ed. Brommer, p. 250 line 22–p. 251 line 6) — 'patroni autem ... existunt: ANSEGIS Coll.cap. 2.44, abbrev., adapted*

[C257] **D**ecimas de omnibus rebus. iuxta modum a beatis patribus constitutum. a cuncto populo cum omni deuotione. dei ecclesiis reddendas. esse. monemus. Vt sacerdotes qui per sacras eorum orationes et oblationes. pro pace. pro tocius populi christiani salute. pro frugibus terre. pro infirmis quoque et defunctis. omnipotentis dei misericordiam inplorant: uictum et uestimentum et cetera que eis necessaria sunt. habeant. et ut hospitibus et peregrinis. orphanis. et uiduis. debilibus et egrotis: solatium prebere ualeant. Sunt preterea quidam qui decimas suas dare ad ecclesias suas necgligunt. {*sic*} ubi et ipsi et eorum serui missas audiunt. Proinde decreuimus ut omnes ibi decimas dent. ubi eorum infantes baptizantur. et ubi missas audiunt. et ubi res ipse conuenire uidentur. iuxta proprii episcopi decretum. Presbiteri uero ab his qui decimas non dant: uadios nunquam accipiant. sed qui post crebras ammonitiones et predicationes eas dare neglexerint: excommunicentur. iuramento autem propter periculum periurii: constringi eos nolumus.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 249–50; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[xv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D223*

*Source* *RADVLF Cap. 21 — 'sunt preterea ... ubi missas audiunt': CCLN.813.19, abbrev., adapted; 'ab his qui decimas ... eos nolumus': CCLN.813.18, abbrev., adapted*

[C258] **A**mmonendi sunt etiam domini subditorum ut circa subiectos pie et misericorditer agant. nec eos qualibet iniusta occasione condempnent. nec ui opprimant. nec illorum substantiolas iniuste tollant. nec ipsa debita que a subditis reddenda sunt. impie ac crudeliter exigant. Quia ergo

constat in ęcclesia diuersarum condicionum homines. esse. ut sint nobiles. et ignobiles. serui. coloni inquilini. et cetera huiuscemodi nomina oportet ut quicuque {*sic*} eis prelati sunt clerici siue laici clementer erga eos agant et misericorditer eos tractent. siue in exi[p. 120]gendis ab eis operibus. siue in accipiendis tributis et quibusdam debitis. Sciantque eos fratres suos. esse. et unum patrem se habere deum. cui clamant. Pater noster qui es in cęlis. unam matrem sanctam ęcclesiam. quę eos intemerato sacro fontis utero gignit. Disciplina igitur misericordissima. et gubernatio oportuna adhibenda est. Disciplina. ne indisciplinate uiuendo auctorem suum offendant gubernatione {*sic*} in cotidianis uitę comeatibus prelatorum amminiculo destituti fatescant. Quia igitur apostolo testante non est personarum acceptio apud deum. {Rm 2:11} et in omnibus iudiciis cauendum est. multo magis in hoc penitentię iudicio precaueri debet. ut nullus sacerdotum umquam aut gratia aut odio alicuius persone secus iudicet quam quod illi secundum sanctarum scripturarum auctoritatem et ęcclesiasticam consuetudinem rectius uisum fuerit. Si ergo medici qui corporibus medicinam inferre conantur nequaquam propter persone cuiuslibet acceptionem his quos sanare cupiunt cauterio aut ferro. aut duris aliis quibuslibet rebus parcunt. multo magis his obseruandum est. qui non corporum sed animarum medici existunt. Neque enim pensanda. est. penitentia quantitate temporis. sed ardore mentis et mortificatione corporis. Cor autem contritum et humiliatum deus non spernit. {Ps 50:19}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 251–52; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[xvi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*cf. D225, which abbreviates this canon and combines it with B pref. (I2, O–)*

| | |
|---|---|
| *Source (*ammonendi ... destituti fatescant*)* | *RADVLF Cap. 23 (ed. Brommer, p. 251 line 16–p. 252 line 6) — 'ammonendi sunt ... crudeliter exigant': ANSEGIS Coll.cap. 2.42; 'quia ergo constat ... destituti fatescant': ANSEGIS Coll.cap. 2.39* |
| *Source (*quia igitur ... non spernit*)* | *RADVLF Cap. 24 — CCLN.813.34. Note: 'in canonibus sacris inuenerit aut quod' probably omitted in C258 through homoioteleuton.* |

[C259] **O**blationes dissidentium fratrum. neque in sacrario neque in gazophilacio recipiantur. Placuit etiam ut sicut plerumque fit. ut illi qui odio aut longinqua inter se lite discesserint. et ad pacem redire diuturna intentione noluerint de ęcclesię cetu iustissima excommunicatione pellantur. quousque ad caritatem [p. 121] quę cooperuit multitudinem peccatorum {cf. Lc 7:47} uenire festinent.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 252–53; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 29b[xvii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*Source* *RADVLF Cap. 25*

[C260] {**INCIPIVNT CAPITULA SEQUENTIS OPERIS.** *add. in mg.*}

**I. Q**uod sacerdotes rationem redditur sunt pro his qui per neglegentiam pereunt.

**II. Q**uibus armis sacerdotes uti debeant.

**III. D**e operibus sacerdotum.

**IIII. Q**uomodo sacerdotes consilium uenire debeant.

**V. Q**uid sacerdotes in sacrificio offerre debeant.

**VI. Q**uod sacerdote missam celebrante femine ad altare non accedant.

**VII. Q**uod soli sacerdot[e] {sacerdoti *corr.*} missam celebrare non liceat.
**VIII. Q**uid in ęcclesia recondi debeat.
**IX. Q**uales in ęcclesia sepeliri debeant.
**X. Q**uare ad ęcclesiam ueniendum sit.
**XI. Q**uod nisi in ęcclesia missam celebrare non licet.
**XII. Q**uod non debeant femine cum sacerdotibus habitare.
**XIII. Q**ualiter sacerdotes se ab ebrietate abstinere debeant.
**XIIII. Q**uod unusquisque sacerdos in sua ecclesia et populo contentus sit.
**XV. V**t nullus sacerdos clericum alterius accipiat.
**XVI. V**t nullus sacerdos ęcclesiam alterius subripiat.
**XVII. Q**uod nulli baptismi gratia a sacerdotibus negetur.
**XVIII. D**e calice et patena.
**XVIIII. Q**uod sacerdotibus licet nepotes suos in scolam mittere.
**XX. Q**uod sacerdotes sine pretio habere debeant.
**XXI. D**e instrumentis bonorum operum.
**XXII. Q**uod omnes fideles orationem dominicam et symbolum discant.
**XXIII. Q**uomodo fideles orare debeant.
**XXIIII. D**e obseruatione diei dominici.
**XXV. D**e hospitalitate.
**XXVI. D**e periurio.
**XXVII. D**e falso testimonio.
**XXVIII. D**e predicatione sacerdotis. et quod in sinodo dicere debeant quantum in christum laborauerunt.
**XXIX. D**e modo orationis.
**XXX. D**e confessione fidelium.
**XXXI. D**e octo principalibus uitiis.
**XXXII. Q**uomodo sacerdos ammonere debeant fideles de uerbis quibus locutus est dominus in iudicio.
**XXXIII. Q**uomodo fideles filios suos doceant.
**XXXIIII. Q**uod [p. 122] caritas non in cibo et potu estimandi {*sic*} sit. sed in dilectione dei et proximi.
**XXXV. Q**uid predicandum sit mercatoribus.
**XXXVI. Q**uid agendum sit in prima ebdomada ante XL.
**XXXVII. D**e quadragesimali ieiunio.
**XXXVIII. D**e elemosina cum ieiunio.
**XXXVIIII. Q**ualiter in tempore ieiunii ad cibum accedendum sit.
**XLI.** {*sic*} **D**e XL abstinentia.
**XLII. Q**uibus diebus in quadragesimali tempore communicandum sit.
**XLIII. Q**uod nulle lites uel contentiones quadragesimali tempore esse debeant.
**XLIIII. Q**uod quadragesimali tempore a coniugibus abstinendum sit.

ualiter[29] {*sic*} populus eucharistiam accipere debeat.
**XLV.** {*sic*} **Q**uomodo sacerdos missam celebrare debeant {*sic*} dominicis diebus.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30a; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

[C261] {**THEODULFVS FRATRIBUS ET CONPRESBITERIS NOSTRIS AURELIANENSIS PARROCHIĘ SACERDOTIBUS SALVTEM.** *add. in mg.*}
**O**bsecro uos fratres dilectissimi. ut erga subditarum plebium profectum et emendationem uigilantissima cura laboretis quatinus illis uiam salutis ostendentes. et eos uerbis et exemplis instruentes. et uos de eorum profectu et nos de uestro. domino nostro iesu christo auxiliante fructuosos illi manipulos reportemus. Obsecro etiam fraternitatem uestram. ut hęc capitula quę ad emendationem uitę breuiter digessi. {id est scripsi *gl. sup. lin.*} assidue legatis. et memorie commendetis. et eorum siue aliarum sanctarum scripturarum lectione mores conponatis. uitam emendetis. et cum subditis plebibus opitulante domino ad regna cęlestia certetis.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 103; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[i]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D226*
*Source* *THEODVLF Cap.I pref.*

[C262] **I. U**eraciter nosse debetis et semper meminisse quia nos quibus regendarum animarum cura commissa. est. pro his qui nostra neglegentia pereunt. rationem reddituri sumus. Pro his uero quos uerbis et exemplis lucrati fuerimus premia ęterne uitę percipiemus. Nobis enim a domino dictum est. uos estis sal terrę. {Mt 5:13} Quod si populus fidelis cibus est dei. eiusdem cibi condimentum {sylting uel werednys. uel lucrum *gl. sup. lin.*} nos sumus. Scitote uestrum [p. 123] gradum nostro gradui secundum et pene coniunctum esse. Sicut enim apostolorum in ęcclesia. ita nimirum presbiteri ceterorum discipulorum domini uicem tenent. Et illi tenent gradum summi pontificis aaron: isti uero filiorum eius. Unde oportet uos semper memores. esse. tante dignitatis. memores uestrę consecrationis. memores sacrę quam in manibus suscepistis unctionis. ut nec ab eadem dignitate degeretis {deficietis *gl. sup. lin.*} nec uestram consecrationem irritam faciatis. nec manus sacra unctionis delibutas peccando polluatis. sed cordis et corporis munditiam conseruantes plebibus exemplum bene uiuendi prebentes. his quibus preestis ducatum ad cęlestia regna prebeatis.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 104–05; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[ii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D227*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 1*

[C263] **O**portet uos assiduitatem legendi habere et instantiam orandi. quia uita uiri iusti lectione instruitur. oratione ornetur. et assiduitate lectionis munitur homo a peccato. iuxta illum qui dicebat. in corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. {Ps 118:11} Hęc sunt enim arma.

---

[29] The rubricator omitted the initial and chapter number for this title.

lectio uidelicet et oratio quibus diabolus expugnatur. Hęc sunt instrumenta. quibus eterna beatitudo adquiritur. his armis uitia conprimuntur. his alimentis uirtutes nutriuntur.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 105; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[iii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D228*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 2*

[C264] **II.** {*sic*} **S**ed et quando a lectione cessatur. debet manuum operatio subsequi. quia otiositas inimica est animę. et antiquus et {*sic*} hostis quem a lectione siue ab oratione uacantem inuenerit. facile ad uitia rapit. Per usum namque lectionis. discitis. qualiter et uos uiuatis et alios doceatis. Per usum namque orationis. et uobis et his quibus in caritate coniuncti estis prodesse ualebitis. Per manuum operationem et corporis macerationem et uitiis alimenta negabitis. et uestris necessitatibus [p. 124] subuenietis. et habebitis quid necessitatem patientibus porrigatis.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 106; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[iv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D229*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 3*

[C265] **Q**uando more solito ad sinodum conuenitis. uestimenta et libros et uasa sancta cum quibus uestrum ministerium et iniunctum officium peragitis uobiscum deferte. Necnon duos aut tres clericos siue laicos. cum quibus missarum sollempnia celebratis uobiscum adducite. ut probetur quam diligenter quamque studiose dei seruitium peragatis.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 106; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[v]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 4*

[C266] **P**anes quos deo in sacrificium offertis. aut a uobis ipsis aut a uestris pueris coram uobis nitide ac studiose fiant. et diligenter obseruetur. ut panis et uinum et aqua sine quibus missę nequeunt celebrari. mundissime atque studiose tractentur. et nihil in eis uile. nihil non probatum inueniatur. iuxta illud quod ait scriptura. Sit timor domini uobiscum et cum diligentia facite {2 Par 19:7}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 107; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[vi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 5*

[C267] **F**eminę missam sacerdote celebrante nequaquam ad altare accedant. sed locis suis stent. et ibi sacerdos earum oblationes deo oblaturus accipiat. Memores enim esse debent feminę infirmitatis suę. et sexus inbecillitatis. et idcirco sancta quęlibet in ministerio ęcclesię contingere pertimescant. quę etiam laici uiri pertimescere debent. ne oze penam subeant. Qui dum arca {*sic*} domini extraordinarię contingere uoluit. domino percutiente interiit.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 107; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[vii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*cf. D230, which abbreviates this canon*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 6*

[C268] **S**acerdos missam solus nequaquam celebret. quia sicut illa celebrari non potest sine salutatione sacerdotis et responsione plebis. ita nimirum nequaquam ab uno celebrari debet. Esse enim debent qui ei circumstent. quos ille salutet. a quibus ei respondeatur. et ad memoriam illi reducendum est. illud dominicum dictum. ubicumque fuerint duo. uel III in no[p. 125]mine meo congregati. et reliqua. {Mt 18:20}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 108; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[viii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D231*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 7, abbrev. Note: 'admonitione sacerdotis ... nihilominus plebis' probably omitted through homoioteleuton.*

[C269] **V**idemus crebro in ęcclesiis messes et fęnum congeri. unde uolumus. ut hoc penitus obseruetur. ut nihil in ęcclesia preter uestimenta ęcclesiastica et uasa sancta et libri recondantur. ne forte si alia ibi quam oportet negotia exerceantur. a domino audiamus. Domus mea domus orationis uocabitur. uos autem fecistis eam. et reliqua. {Mt 21:13}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 108–09; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[ix]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 8*

[C270] **A**ntiquus in his regionibus in ęcclesia sepeliendorum mortuorum usus fuit. et plerumque loca diuino cultui mancipata. et ad offerendas deo hostias preparata cimiteria siue poliandria facta sunt. Unde uolumus ut ab hac re deinceps abstineatur. et nemo in aecclesia sepeliatur. nisi forte talis sit persona sacerdotis. aut cuiuslibet iusti hominis. quę per meritum talem uiuendo suo corpori defuncto locum adquisiuit. Corpora uero quę antiquitus in ęcclesiis sepulta sunt nequaquam proiciantur. sed tumuli qui apparent. profundius in terram mittantur. et pauimento desuper facto nullo tumulorum uestigio apparente ęcclesiae reuerentia conseruetur. Ubi uero tanta est multitudo cadauerum ut hoc facere difficile sit. locus ille pro cimiterio habeatur. ablato inde altari. et in eo loco contituto ubi religiose et pure sacrificium offerri ualeat.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 109; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[x]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 9*

[C271] **N**on debere ad ęcclesiam ob aliam causam conuenire. nisi ad laudandum deum et eius seruitium faciendum. Disceptationes uero et tumultus et uaniloquia. et ceteras actiones ab eodem sancto loco penitus prohibenda sunt. Ubi enim dei nomen inuocatur. deo sacrificium offertur. angelorum frequentia inesse non dubitatur. Periculosum est tale aliquid uel agere quod loco non conuenit. Si enim dominus [p. 126] illos de templo eiecit qui uictimas quę sibi offerentur {*sic*} emebant uel uendebant. quanto magis illos iratus inde abiciet qui mendaciis. uaniloquiis. risibus. et huiuscemodi nugis. locum diuino cultui mancipatum fendant. {*sic*}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 110; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D232*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 10*

[C272] **M**issarum sollempnia nequaquam alibi nisi in ęcclesia celebranda sunt. non in quibuslibet domibus et in uilibus locis. sed in loco quem elegerit dominus. iuxta illud quod scriptum est. Uide ne offeras holocausta tua in omni loco quem uideris. sed in loco quem elegerit dominus. ut ponat nomen suum ibi {Dt 12:13} excepta ratione eorum qui in exercitu pergentes ad hoc opus habent tentoria et altaria dedicata in quibus missarum sollempnia expleant.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 110–11; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 11*

[C273] **N**ulla femina cum presbitero in una domo habitet. Quamuis {id est tamen *gl. sup. lin.*} enim canones matrem et sororem et huiuscemodi personas in quibus nulla sit suspicio cum illo habitare concedant. hoc nos modis omnibus idcirco amputamus. quia in obsequio sub occasione illarum ueniunt alię feminę quę non sunt ei adfinitate coniunctę. et eum ad peccandum inliciunt.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 111; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xiii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D233*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 12*

[C274] **O**bseruandum uobis est. ut et uos ab ebrietate abstineatis. et ut plebes subditę abstineant predicetis. et neque per tabernas {id est per conuiuias *(sic) gl. sup. lin.*} eatis bibendo aut comedendo. neque domos. aut uicos curiositate qualibet peragretis. Neque cum feminis aut cum quibuslibet in puris personis conuiuia exerceatis. nisi forte paterfamilias quilibet uos ad domum suam inuitauerit. et cum coniuge sua et prole uelit uobiscum spiritali gaudio letari. et uerborum uestrorum refectionem carnalem caritatis officio exhibere. Oportet enim ut si quando quilibet fidelium carnalibus uos reficiat [p. 127] epulis. a uobis reficiatur epulis spiritalibus.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 112; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xiv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*cf. D234, which abbreviates this canon*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 13. Note: 'per tabernas eatis ...comedendo neque' probably omitted in D234 and 'accipere e tuobis refectionem' probably omitted in C274 through homoioteleuton*

[C275] **N**ullus presbiter fidelibus sanctę dei ecclesiae de alterius presbiteri parrochie {*sic*} persuadeat ut ad suam ęcclesiam concurrant. relicta propria ęcclesia. et suas decimas sibi dent. sed unusquisque sua ęcclesia et populo contentus. quod sibi non uult fieri. alteri nequaquam faciat. Iuxta dictum euangelicum. quęcumque uultis ut faciant uobis homines. hęc eadem facite illis. {Mt 7:12} Quisquis autem contra hęc constituta uenerit aut his monitis nostris resistere temptauerit. aut gradum se sciat amissurum. aut in carcere longo tempore detinendum.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 112–13; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D235*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 14*

[C276] **H**oc quoque modis omnibus prohibemus. ut nullus uestrum alterius clericum sollicitet aut recipiat. quia grauis de hac re in sacris canonibus sententia est.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 113; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xvi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 15*

[C277] **S**i quis presbiter inuentus fuerit alicui clerico aut laico munera dare aut dedisse ut ęcclesiam alterius presbiteri subripiat. sciat se pro hac rapina et seua cupiditate. aut gradum amissurum. aut in carceris erumpnam longo tempore penitentiam agendi detinendum.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 114; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xvii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 16*

[C278] **S**i paruulus egrotans ad quemlibet presbiterum baptismi gratia de cuiuslibet parrochie {*sic*} adlatus fuerit. ei baptismi sacramentum nullo modo negetur. Si quis hoc munus petenti concedere detrectauerit. et ille paruulus absque baptismatis gratia mortuus fuerit. nouerit se ille qui eum non baptizauit. pro eius anima rationem redditurum.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 114; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xviii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D236*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 17*

[C279] **N**ullus sacerdos seu laicus. presumat calicem aut patenam aut quęlibet uasa sacra et diuino cultui mancipata. ad alios usus retorquere. Nam quicumque de calice sacrato aliud bibit [p. 128] preter christi sanguinem qui in sacramento accipitur. et patenam ad aliud officium habet quam ad altaris ministerium deterrendus est exemplo balthasar qui dum uasa domini in usus communes adsumpsit. uitam pariter cum regno amisit.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 115; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xix]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 18*

[C280] **S**i quis ex presbiteris uoluerit nepotem suum aut aliquem consanguineum ad scolam mittere in ęcclesia sanctę crucis. aut in monasterio sancti aniani. aut sancti benedicti. aut sancti lifardi. aut in ceteris de his cenobiis quę nobis ad regendum concessa sunt. ei licentiam id faciendi concedimus.
*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 115–16; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xx]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 19*

[C281] **P**resbiteri per uillas et uicos scolas habeant. et si quilibet fidelium paruulos suos ad discendas litteras eis commendare uult. eos suscipere et docere non rennuant. sed cum summa caritate eos doceant. adtendentes illud quod scriptum est. qui autem docti fuerint. fulgebunt quasi splendor firmamenti. et qui ad iustitiam erudiunt multos. fulgebunt quasi stellę in perpetuas aeternitates. {Dn 12:3} Cum ergo eos docent. nihil ab eis pretii pro hac re exigant. nec aliquid ab eis accipiant. excepto quod eis parentes caritatis studio sua uoluntate obtulerint.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 116; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D237*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 20*

[C282] **C**um ergo omnium sanctarum scripturarum pagine instrumento bonorum operum referte sint. et per sanctarum scripturarum cum {*sic*} possint inueniri arma quibus uitia conprimantur. et uirtutes nutriantur. libuit nobis huic nostro capitulari inserere sententiam cuiusdam patris. De instrumentis bonorum operum. in qua magna breuitate quid agi. quidue uitari debeat continetur. In primis dominum deum diligere ex toto corde. tota anima. tota uirtute. Deinde proximum suum tamquam seipsum; [p. 129] Deinde non occidere. non adulterare. non facere furtum. non concupiscere non falsum testimonium dicere. honorare omnes homines. et quod sibi quis fieri non uult. alio non faciat. Abnegare semetipsum: ut sequatur christum. Corpus castigare. delicias non amplecti. ieiunium amare. pauperes recreare. nudum uestire. infirmum uisitare. mortuum sepelire. in tribulatione subuenire. Dolentem consolari. a seculi actibus se facere alienum. Nihil christi amori preponere. iram non perficere. iracundię tempus non reseruare. Dolum in corde non tenere. pacem falsam non dare. caritatem non derelinquere. Non iurare. ne forte periures. ueritatem ex corde et ore proferre. malum pro malo non reddere. iniuriam non facere. sed et factam patienter sufferre. inimicos diligere. maledicentes se non remaledicere. sed magis benedicere. Persecutionem pro iustitia sustinere. Non esse superbum. non uinolentum. non multum edacem. non sompnolentum. non pigrum. non murmuriosum. non detractorem. spem suam deo committere. Bonum aliquid in se cum uiderit. deo applicet non sibi. Malum uero semper a se factum sciat. et sibi reputet. Diem iudicii timere: gehennam expauescere. uitam eternam omni concupiscentia spiritali desiderare. Mortem cotidie ante oculos suspectam habere. Actus uitę suę omni hora custodire. in omni loco deum se respicere pro certo scire. cogitationes malas cordis sui aduenientes. mox ad christum allidere. et seniori spiritali patefacere. Os suum a malo uel prauo eloquio custodire. multum loqui non amare. uerba uana aut risui apta {conplacita *gl. sup. lin.*} non loqui. risum multum aut excussum non amare. Lectiones sanctas [p. 130] libenter audire. orationi frequenter incumbere. mala sua preterita cum lacrimis et gemitu cotidie in oratione deo confiteri. et spiritali medico patefacere. De ipsis malis et de cetero emendare. Desideria carnis non perficere. uoluntatem propriam odisse. preceptis sacerdotis et preceptoris in omnibus obedire. etiam si ipse aliter quod absit agat. memores illud domini cum preceptum. Quę dicunt facite. quę autem faciunt. facere nolite. {Mt 23:3} Non uelle dici sanctum antequam sit. sed prius esse quod uerius dicatur. Precepta dei factis cotidie adimplere. castitatem amare. nullum odisse. Zelum et inuidiam non habere. contentionem non amare. Elationem fugere. et seniores

uenerari. iuniores diligere et de dei misecordia {*sic*} numquam desperare; Ecce hęc sunt instrumenta artis spiritalis quę cum fuerint a nobis die noctuque incessabiliter adimpleta. et in die iudicii reconsignata illa merces nobis a domino recompensabitur. quam ipse promisit. quod oculus non uidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit. quę preparauit deus his qui diligunt eum. {1 Cor 2:9}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 117–19; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 21 — 'instrumentis bonorum ... diligunt eum': BEN. Regula 4.1–77 (ed. Hanslik, 31–7). Note: 'in christi amore ... pacem redire' probably omitted due to homoioteleuton.*

[C283] **C**ommonendi sunt fideles ut generaliter omnes a minimo usque ad maximum orationem dominicam. et symbolum discant. Et dicendum est eis. quod in his duabus sententiis omne fidei christiane fundamentum incumbit et nisi quis has duas sentias {sententias *corr.*} et memoriter tenuerit. et ex toto corde crediderit. et in oratione sepissime frequentauerit. catholicus esse non poterit. Constitutum namque est. ut nullus crismetur neque baptizetur. neque a lauacro fontis alium suscipiat. neque coram episcopo ad confirmandum quemlibet teneat. nisi symbolum et orationem dominicam memoriter tenuerit exceptis his quos ad loquendum [p. 131] ętas minime perduxit.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 119; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxiii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D238*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 22*

[C284] **D**icendum est illis ut singulis diebus qui amplius non potest saltem {tamen *gl. sup. lin.*} duabus uicibus oret. Mane scilicet et uespere dicens symbolum et orationem dominicam. siue deus pius qui plasmasti me. miserere mei. uel etiam. Deus propitius esto mihi peccatori. Et deo gratias agens pro cotidiane uitę uictualibus comeatibus. {id est cibis *gl. sup. lin.*} et quia se ad imaginem suam creare dignatus sit. et a pecudibus segregare. His actis et solo deo creatore suo adorato. sanctos inuocet. ut ipsi intercedere apud maiestatem diuinam dignentur. Hęc faciant quibus basilicę locus prope est in basilica. Qui uero in itinere aut pro qualibet occasione in siluis. aut in agris est: ubicumque eum ipsa hora matutina uel uespertina inuenerit. sic faciat. scians {*sic*} deum ubique presentem esse. Dicente psalmista. In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino. {Ps 102:22} et Si ascendero in cęlum tu illic es. et cetera. {Ps 138 :8}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 120; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxiv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D239*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 23*

[C285] **D**iei uero dominici quia in eo deus lucem condidit. in eo manna in heremo pluit. in eo redemptor humani generis sponte pro salute nostra mortuus resurrexit. in eo spiritum sanctum super discipulos infudit. tanta esse debet obseruantia. ut preter orationes et missarum sollempnia et ea quę ad uescendum pertinent. nihil aliud fiat. Nam etsi necessitas fuerit nauigandi siue iter

agendi licentia datur. ita dumtaxat. ut hac occasione missę et orationes non pretermittantur. Conueniendum est sabbato die cum luminaribus cuilibet christiano ad ęcclesiam. conueniendum est ad uigilias siue ad matutinum officium. concurrendum est etiam cum oblationibus ad missarum sollempnia. et dum ad ęcclesiam con[p. 132]uenitur. nulla causa dici debet. uel audiri. nulla iurgia sunt habenda. sed tantummodo deo uacandum est in celebratione uidelicet sacrorum officiorum. et exhibitione elemosinarum. et in dei laudibus cum amicis proximis et peregrinis spiritaliter epulandum.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 121–22; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D240*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 24*

[C286] **A**dmonendi sunt ut hospitalitatem diligant. et nulli hospitium prebere detrectent {denegent *gl. sup. lin.*} et si cui forte hospitium prestiterint. nullam ab eo mercedem accipiant. nisi forte ille qui recipitur sponte sua aliquid det. Dicendumque illis. qualiter multi per hospitalitatis officium deo placuerunt. Dicente apostolo. per hanc enim placuerunt quidam deo angelis hospitio susceptis. {Hbr 13, 2} et iterum. Hospitales sine murmuratione. {1 Pt 4:9} Et ipse dominus ad iudicium ueniens dicturus est. Hospes eram et collegistis me. {Mt 25:35} Sciant sane {ueraciter *gl. sup. lin.*} quicumque hospitalitatem amant. christum se in hospitibus recipere. Nam ille modus hospitalitatis non solum inhumanus sed etiam crudelis est quo numquam hospes in domum ante recipitur. nisi prius dandi hospotii {*sic*} merces conpensetur. et quod deus agere iussit pro perceptione regni cęlestis pro adquisitione terrenarum rerum agatur.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 122–23; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxvi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 25*

[C287] **P**redicandum est etiam ut periurium fideles caueant. et ab hoc summopere abstineant. scientes hoc grande scelus esse. et in lege et prophetis siue euangelio prohibitum. Audiui enim quosdam paruipendere hoc scelus et leuem quodammodo periuris penitentie modum inponere. Qui nosse debent talem de periurio penitentiam inponere debere qualem et de adulterio. de fornicatione. de homicidio et de ceteris criminalibus uitiis. Si quis [p. 133] uero perpetrato periurio aut quolibet criminali peccato timens penitentię longam erumpnam ad confessionem uenire noluerit. ab ęcclesia repellendus est siue a communione et consortio fidelium. ut nullus cum eo comedat neque bibat. neque oret. neque in sua eum domo recipiat.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 123; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxvii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*cf. D241, which adds 'simili modo iudicentur uel dampnetur falsi testes quia falsus testis non erit inpunitus' to the end of this canon*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 26*

[C288] **D**icendum est eis. ut a falso etiam testimonio abstineant. scientes et hoc grauissimum scelus esse. et ab ipso domino in monte synai prohibitum. dicente domino non falsum

testimonium dixeritis. {Ex 20:16} siue falsus testis non erit inpunitus. {Prv 19:5} Sciat se etiam quisquis hoc perpetrauerit. aut tali penitentia purgandum ut superius dictum est. de periurio aut tali dampnatione et excommunicatione dampnandum. sicut superius insertum est. Dicendumque illis est quod summa non dicam stultitia sed nequitia est pro cupiditate argenti et auri aut uestimentorum. aut cuiuslibet rei. aut quod creberrime contingere solet propter ebrietatem in eam grande scelus corruere. ut aut VII annis in arca erumpna sit. aut ab ęcclesia sit repulsus. Dicente domino. quid prodest homini si lucretur uniuersum mundum. et animę suę detrimentum faciat? {Mt 16:26} Quippe cum aliis uideatur pius existere sibimet crudelis existat.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 124; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxviii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 27*

[C289] **O**rtamur uos paratos esse ad docendas plebes. Qui scripturas scit predicet scripturas. Qui uero nescit. saltem hoc quod notissimum est plebibus dicat. ut declinent a malo et faciant bonum. inquirant pacem et sequantur eam. quia oculi domini super iustos et aures eius ad preces eorum. Uultus autem domini super facientes mala. ut perdat de terra memoriam eorum. {Ps 33:15–17} Nullus ergo se excusare poterit quod non habeat linguam unde possit aliquem edificare. Mox enim [p. 134] ut quemlibet errantem uiderit. prout potest et ualet. aut arguendo. aut obsecrando. aut increpando ab errore retrahat et ad pergendum bonum opus ortetur. Cum uero domino opitulante ad sinodum in unum conuenerimus. sciat nobis unusquisque dicere quantum domino adiuuante laborauerit. et si quis forte nostro indiget adiutorio. nos cum caritate admoneat. et nos cum caritate nihilominus ei pro uiribus adiutorium ferre non differamus.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 125; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxix]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D242*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 28*

[C290] **A**dmonere debetis fideles. ut assiduitatem et studium habeant orandi. Ipse autem orandi modus talis esse debet. ut primum dicto symbolo fidei suę fundamento. dicat quisquis est. tribus uicibus. Deus pius qui plasmasti me miserere mei. {cf. Iob 10:8} Et tribus uicibus Deus propitius esto mihi peccatori. {Lc 18:13} et conplaceat sic orationem dominicam. Si ergo locus aut tempus exigerit. deprecetur sanctos apostolos siue martires ut pro eo intercedant. et armata fronte signo crucis. eleuatis cum corde et manibus oculis. deo gratias agat. Si uero tempus ad hęc omnia peragenda minus sufficiens fuerit. suffiat {sufficiat *corr.*} tantum. Deus prius qui plasmasti me miserere mei. {cf. Iob 10:8} et Deus propitius esto mihi peccatori. {Lc 18:13} et oratio dominica tantum. cum gemitu et contritione cordis.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 126; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxx]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*
*D243*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 29*

[C291] **O**mni etenim die deo in oratione aut semel aut bis aut quanto amplius possumus. confiteri debemus peccata nostra. dicente propheta. Delictum meum cognitum tibi feci. et iniustitias meas non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitias meas domino. et tu remisisti impietatem peccati mei. {Ps 31:5} Facta etenim confessione cum gemitu et lacrimis. domino in oratione recitandus. est. psalmus. Miserere mei deus. {Ps 50:3} Siue XIIII. Ad te domine leuaui animam. {Ps 24:1} Siue XXXI. Beati quorum. {Ps 31:1} [p. 135] Atque alii ad rem pertinentes et sic complenda est oratio. quia confessio quam sacerdotibus facimus. Hoc nobis adminiculum {ad adiutorium *gl. sup. lin.*} affert quia accepto ab eis salutari consilio. saluberrimis penitentię obseruationibus siue mutuis orationibus peccatorum nostrorum maculas diluimus. Confessio uero quam deo soli facimus in hoc uiuat. {*sic*} quia quanto nos memores sumus peccatorum nostrorum tanto horum dominus obliuiscitur. dicente eo per prophetam. et peccatorum tuorum non memorabor. {Ier 31:34} Tu autem memor esto quod dauid propheta se fecisse testatur cum dicit. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco et peccatum. et reliqua. {Ps 50:5}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 127–26; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxxi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 30. Note 'et e contrario quanto nos horum obliuiscimur tanto dominus reminiscitur' probably omitted through homoioteleuton.*

[C292] **C**onfessiones dande sunt de omnibus peccatis quę siue in opere. siue in cogitatione. siue in locutione perpetrantur. Octo sunt principalia uitia sine quibus uix ullus inueniri potest. Est enim gastrimargia. hoc est uentris ingluuies. Secunda fornicatio. Tertia accidia siue tristitia. Quarta auaritia. Quinta uana gloria. Sexta inuidia. Septima ira. Octaua superbia. Quando ergo quis ad confessionem uenit. diligenter debet inquiri quomodo aut qua occasione peccatum perpetrauerit quod peregisse se confitetur. et iuxta modum facti. debet ei penitentia iudicari. Debet ei persuaderi. ut de peruersis cogitationibus faciat confessionem. Debet ei etiam iniungi. ut de octo principalibus uitiis faciat suam confessionem. et nominatim ei debet sacerdos unumquodque uitium dicere. et suam de eo confessionem accipere.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 128–29; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxxii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*cf. D244, which abbreviates and adapts this canon*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 31*

[C293] **E**surientes ergo satiandi sunt. sitientes potandi. nudi operiendi. infirmi et qui in carcere sunt uisitandi. et hospites colligendi. Dicente domino. Esu[p. 136]riui enim et dedistis mihi manducare. Sitiui. et dedistis mihi bibere. et cetera. {Mt 25:35} Nam hęc omnia et in se quisque debet spiritaliter agere. et in aliis corporaliter adimplere. quia pene nihil prosunt hęc omnia ad uitam ęternam capessendam. {accipiendam uel sumendam *gl. sup. lin.*} si luxuriose. superbe inuide et ne singula replicem. si uitiose et inordinate quis uiuat et a ceteris bonis operibus uacet. Qui ergo uidet se christum non habere qui dixit. Ego sum panis uiuus qui de cęlo descendi. {Io 5:41} et caritatem que. est. pastus animę non habet: esurit quidem. Sed si per bona opera christo adiungit et caritatis se dulcedine replet. esurientem omnino se pauit. Qui doctrina spiritus sancti et scripturarum sanctarum fluentis caret. sitiens est. Sed si se fluentis uerbi dei inriget. et mentem

suam spiritalis popuculi {*sic*} dulcedine debriet. iste se sitientem potat. Qui uidet se iustitia siue ceteris bonorum operum exhibitionibus {profectionibus. þeonde *gl. sup. lin.*} nudatum. et induit se iustitia siue ceteris uirtutibus. nudum se procul dubio uestit. Sin {*sic*} lecto uitiorum suorum iacet. et morbo iniquitatis suę laborat et funibus peccatorum suorum constrictus. {Prv 5:22} est. et uitiorum suorum obsitus {circumdatus ofþryht *gl. sup. lin.*} est pariete. in tenebris iniquitatis suę est. infirmus quidem est. Sed se {*sic*} de lecto uitiorum per confessionem egreditur. et per penitentię lamenta uinculis peccatorum absoluitur. et ad lucem bonorum operum egreditur. infirmum et in carcere positum se procul dubio uisitat. Si in huius uitę uia uidet se laborare et uitiorum procella quasi quadam aeris intemperie inquietari et receptaculum bonorum operum non habere. sciat se in itinere positum. hospitio egere. At si se ad uirtutum domum dedu[p. 137]cat. et se in earum tutamine {defensione *gl. sup. lin.*} recipiat hospitem quidem suscepit. Quę omnia cum si {*sic*} spiritaliter exhibet. christum in se cuius ipse membrum est. pascit. potat. uestit. uisitat. ac suscipit.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 129–31; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxiii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 32*

[C294] **A**dmonendi sunt fideles sanctę dei ęcclesię. ut filios suos et filias doceant parentibus obedientiam exhibere dicente domino. fili. honorifica patrem tuum. {Eph. 6:2; Sir 7:29} Nam et ipsi parentes erga filios suos ac filias modeste debent agere. dicente apostolo. et uos parentes nolite ad iracundiam prouocare filios uestros. {Eph 6:4} Nam et hoc dicendum est eis. ut si illi genitali affectu parcere uelint iniuriis filiorum. non has inpune dominus abire sinet. nisi forte penitentia digna exhibeatur. et quia leuius est filios {*sic*} parentum quęlibet flagella suscipere. quam dei iram incurrere. Admonendus est populus. quod hęc sit uera caritas quę deum diligit plusquam se. et proximum tamquam se. Et quid nihil uult alii facere. nisi quod sibi uult fieri. plura quę recenseri longum est. Nam quicumque in potu et cibis et dandis atque accipiendis rebus caritatem putant. non mediocriter errant. dicente apostolo. regnum dei non est cibus et potus. {Rm 14:17} nam et ipsa quando cum caritate fiunt. bona sunt. et inter uirtutes non putanda.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 131–32; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxiv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*second part: D246 — first part: cf. D245, which also quotes Eph 6:3*

*Source (*admonendi sunt ... iram incurrere*)* *THEODVLF Cap.I, 33. Note: 'et matrem ut sis longeuus super terram' (Eph 6:2–3) in D245 not found in source.*

*Source (*admonendus est ... non putanda*)* *THEODVLF Cap.I, 34*

[C295] **A**dmonendi sunt qui negotiis ac mercationibus rerum inuigilant. ut non plus terrena lucra quam uitam cupiant sempiternam. Nam qui plus de rebus terrenis quam de animę suę salute cogitat. ualde a uia ueritatis oberrat. Et qui iuxta quendam sapientem in uita sua perdidit intima sua. Sequendus est enim in hac parte sicut et in ceteris apostolicus sermo qui ait. et ne quis supergradiatur {*sic*} neque [p. 138] circumueniat in negotio proximum. uindex est enim deus de his omnibus. {1 Th 4:6} Sicut enim ab his qui labori agrorum et ceteris laboribus uictum. atque

uestimentum et necessaria usibus humanis adquirere inhianter {desideranter[30] *gl. sup. lin.*} instant. decime et elemosinę dande sunt. ita his quoque pro necessitatibus suis negotiis insistunt faciendum est. Unicuique enim homini deus dedit artem qua pascitur. et unusquisque de arte sua de qua corporis necessaria subsidia habet. anima {animæ *corr.*} quoque quod magis necessarium est subsidium administrare debet.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 132–33; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxxv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D247*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 35*

[C296] **E**bdomada prima ante initium quadragesime confessiones sacerdotes {*sic*} dande sunt penitentia accipienda discordantes reconciliandi et omnia iurgia sedanda. et dimittere debent debita inuicem de cordibus suis. ut liberius dicant. dimitte nobis debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus. {Mt 6:12} Et sic ingredientes in beatę. XL$^{me}$ tempus. mundis et purificatis mentibus ad sanctum pascha peraccedant et per penitentiam se renouent quę est secundus baptismus. Sicut enim baptismum peccata. ita penitentia purgat. Et quia post baptismum peccator denuo non potest baptizari. hoc medicamentum a domino penitentię datum est. ut per eam uice baptismi peccata post baptismum diluantur. Septem enim modis peccata dimitti. scripturę sanctę demonstrant. Primo demonstrant in baptismate qui propter remissionem peccatorum datus est. Secundo per martyrium. iuxta quod ait psalmista. Beatus cui non inputabit dominus peccatum. {Ps 31:2} quia iuxta eiusdem dauid sententiam remittuntur peccata per baptismum teguntur per penitentiam. non inputantur per martyrium. Tertio per elemosinam [p. 139] iuxta danielem. qui profano nobochodonosor regi ait. peccata tua elemosinis redime. in misericordiis pauperum. {Dn 4:24} et illud ignem ardentem extinguit aqua. et elemosina extinguit peccatum. {Sir 3:33} Et dominus in euangelio. Uerumptamen date elemosinam: et ecce omnia munda sunt uobis. {Lc 11:41} Quarto. si remittat quis peccanti in se peccata sua iuxta illud. dimittite et dimittetur uobis. date et dabitur uobis. {Lc 6:37–8} Et illud. sic et pater uester dimittet uobis peccata uestra. si remiseritis unicuique de cordibus uestris. {cf. Mc 11:25} Quinto. si per predicationem suam quis et per bonorum operum exercitium. alios ab errore suo conuertat. iuxta illud quod ait apostolus. quoniam si conuerti fecerit quis peccatorem ab errore uię suę saluabit animam eius a morte. et cooperit multitudinem peccatorum. {Iac 5:20} per iesum christum dominum nostrum. Septimo per penitentiam. iuxta quod ait dauid. conuersus sum in erumpna mea dum confringitur spina. {Ps 31:4}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 133–35; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxxvi]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D248*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 36. Note 'Sexto per caritatem iuxta illud, caritas operit multitudinem peccatorum' (1 Pt 4:8) probably omitted in C296 through homoioteleuton; 'per iesum christum dominum nostrum' perhaps omitted in D248 through homoioteleuton.*

---

[30] desideranter] *not* desinanter *as in Brommer*

[C297] **I**psa autem XL cum summa obseruatione custodiri debet. ut ieiunium in ea preter dies dominicos qui abstinentia subtrati {*sic*} sunt. nullatenus resoluatur. quia ipsi dies decimę sunt anni nostri. quos cum omni religione et sanctitate transigere debemus. Nulla enim in his occasio sit resoluendi ieiunium. {*sic*} quia alio tempore solet ieiunium caritatis causa dissolui. isto uero nullatenus debet. quia in alio tempore ieiunare in uoluntate et arbitrio cuiuslibet prepositum est. in hoc uero non ieiunare preceptum dei transcendere est. Et in alio tempore ieiunare premium abstinentie adquirere. in hoc uero preter infirmos aut paruulos quisquis non ieiunat. pęnam sibi adquirit. quia eosdem dies dominus et per moysen et per [p. 140] heliam. et per semetipsum sacro ieiunio consecrauit.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 136; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxxvii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D249*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 37*

[C298] **D**iebus uero ieiunii elemosina facienda est et cibum siue potum quo quisque uti debeat si non ieiunet. pauperibus eroget. quia ieiunare et cibos prandii ad cenam reseruare. non mercedis sed ciborum est incrementum.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 137; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxxviii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D250*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 38*

[C299] **S**olent plures qui se ieiunare putant. mox ut signum audierint ad horam nonam manducare qui nullatenus ieiunare credenti sunt. si ante manducauerint antequam uespertinum celebretur officium. Concurrendum est enim ad missas. et auditis missarum siue uespertinis officiis. largitas {*sic*} elemosinis. ad cibum accedendum est. Si uero aliquis necessitate constrictus fuerit ut ad missam conuenire non ualeat estimata uespertina hora completa oratione sua ieiunium absoluere debet.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 137; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xxxix]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D251*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 39*

[C300] **A**bstinentia uero in his diebus pene omnium deliciorum {*sic*} esse debet. et sobrie et caste uiuendum. Qui uero ouis. caseo. piscibus. uino. abstinere potest. magne uirtutis. est. Qui autem his aut infirmitate interueniente aut quolibet opere abstinere non potest utatur tantum ut ieiunium usque ad uesperam sollempniter celebret. et uinum non ad ebrietatem sed ad refectionem corporis sui sumat. A caseo uero lacte butyro et ouis abstinere et non ieiunare dementissimum est et ab omni ratione semotum. Uini enim ebrietas et luxuria prohibitę sunt. non lac et oua. Non enim ait apostolus. nolite comedere lac et oua: sed nolite inebriari uino in quo est luxuria. {Eph 5:18}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 138; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xl]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D252*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 40*

[C301] **S**ingulis diebus dominicis in XL preter hos qui excommunicata {*sic*} sunt sacramenta corporis et sanguinis christi sumenda sunt. et in cęna domini. et uigilia pascę. [p. 141] et in die resurrectionis domini. penitus ab omnibus communicandum est. et ipsi dies pascalis ebdomade omnes equali religione colendi sunt.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 138–39; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xli]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D253*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 41*

[C302] **I**n his ieiuniorum diebus. nulle lites. nulle contentiones esse debent. sed in dei laudibus et in opere necessario persistendum. Arguit enim eos qui contentiones et lites XL tempore. et qui debita a debitoribus exigunt dominus per prophetam dicens. Ecce in die ieiunii uestri inueniuntur uoluntates uestrę. et omnes debitores uestros repetetis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis. et percutitis pugno impiae. {Is 58:3–4}

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 139; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xlii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*cf. D254, which abbreviates and adapts this canon*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 42*

[C303] bstinendum {*sic*} est enim in his sacratissimis diebus a coniugibus et caste et pie uiuendum. ut sanctificato corde et corpore isti sancti dies transigantur. et sic perueniatur ad diem sanctum paschę. quia pene nihil ualet ieiunium quod coniugali opere polluitur. et quod orationes uigilię et elemosinę non commendant.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 139–40; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xliii]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D255*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 43*

[C304] **A**dmonendus est populus. ut ad sacrosanctum sacramentum corporis et sanguinis domini nequaquam indifferenter accedat. nec ab hoc nimium abstineat. sed cum omni diligentia atque prudentia eligat tempus quando aliquamdiu ab opere coniugali abstineat. et uitiis se purget. uirtutibus exornet elemosinis et orationibus insistat. et sic ad tantum sacramentum accedat. Quia sicut periculosum est inpurum quemque ad tantum sacramentum accedere. ita etiam periculosum est ab hoc prolixo tempore abstinere. Sola ratione eorum qui excommunicati non quando eis libet sed certis temporibus communicant et religiosis quibusque {*sic*} sanctę uiuentibus qui pene omni die id faciunt; [p. 142]

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 140; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xliv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D256*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 44*

[C305] **V**t missę quę per dies dominicos peculiares a sacerdotibus fiunt. non ita in publico fiant. ut per eas populus a publicis missarum sollempnibus quę hora tertia canonice fiunt abstrahatur. quia pessimus usus est apud quosdam qui in diebus dominicis siue in quibuslibet festiuitatibus mox missam celebrant. etiam pro defunctis si audierint abscedunt. et per totum diem a primo mane ebrietati et comesationi potius quam deo deseruiunt. Admonendus est populus. ut ante publicum peractum officium ad cibum non accedat. et omnes ad publicam sanctam matrem ęcclesiam. missarum sollempnia et predicationem audituri conueniant. et sacerdotes per oratoria nequaquam missas nisi tam caute ante secundam horam celebrent. ut populus a publicis non abstrahatur. sed siue sacerdotes qui in circuitu urbis. aut in eadem urbe sunt. siue populus ut prediximus in unum ad publicam missarum celebrationem conueniant. exceptis deo sacratis feminis quibus mos est ad publicum non egredi. sed claustris monasterii contineri.

*(coll. [as 'C'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 141–42; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 30b[xlv]; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162)*

*D257*

*Source* *THEODVLF Cap.I, 45*

[C306] **V**ere fratres karissimi hoc debetis scire unde fuit inceptum hoc exemplum. ut episcopi peccatores homines eicerint {*sic*} de ęcclesia in capite ieiunii. et iterum post completam dignam penitentiam reciperent ipsos peccatores in ęcclesia. Nam quando noster dominus qui est deus omnipotens fecit primum hominem adam totum illum fecit sanctum et iustum et inmortalem. Sanctitas autem et iustitia et inmortalitas fecerunt ipsum adam habere imaginem et similitudinem dei. Et propterea dixit deus antequam crearet adam. Faciamus hominem ad similitudinem nostram. {Gn 1:26} hoc est faciamus hominem [p. 143] sanctum et iustum et inmortalem. Et istam suam imaginem nos commendat[31] dominus habere quando dicit in euangelio. Estote sancti. quia et ego sanctus sum. {Lv 11:44; 19:2; cf. 1 Pt 1:16} Et in alio loco dicit. Estote misericordes. sicut et pater uester misericors est. {Lc 6:36} Ergo quia deus tam bonum et tam sanctum fecit adam. propterea legimus quia misit eum in paradisum ut operaretur et custodiret illum. In ipso autem paradiso dedit ei dominus omnem gloriam. Ibi uidebat angelos et loquebatur cum illis. et numquam moreretur si non peccasset. Ibi audiebat dominum secum loquentem. et talem obedientiam sibi commendantem ut numquam comederet de ligno scientię boni et mali. In ipsa uero hora qua peccauit adam eiecit eum dominus qui est episcopus episcoporum foras de paradiso: et dixit illi. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. {Gn 3:19} Et postquam fuit adam eiectus de paradiso: quid fecit? certe longam penitentiam fecit. per sex centos annos et eo amplius. Ad ultimum uero post mortem missus. est. in carcerem infernalem ubi longo tempore planxit et doluit. quia propter suum peccatum perdiderat paradisum. Et tam grandi tempore fuit ibi dolens et penitens. donec dominus noster iesus christus qui est pontifex pontificum absoluit eum per suam passionem et liberauit eum de pęnis tenebrarum. et reddidit ei paradysum. Igitur fratres nos episcopi sumus uicarii domini nostri iesu christi in hoc mundo. et sumus missi et ordinati in loco eius. Et propterea post apostolos dedit nobis dominus potestatem ligandi animas

[31] commendat] commdat, *with macrons over* o *and second* m*, as if* commmendat

atque soluendi. et precepit nobis ędificare et plantare bonos homines in domo domini. et euellere hoc est dissipare peccatores de domo domini. hoc est de ęcclesia. Sic enim dicit dominus per hiere[p. 144]miam prophetam. ad unumquemque episcopum. Ecce constitui te super gentes et regna ut euellas et dissipes. et ędifices et plantes in domo domini. {Ier 1:10} Attendite fratres bono animo de hoc quod nos uobis uolumus dicere. Propterea misit dominus adam in paradisum: ut in ipso paradiso nascerentur omnes electi. et operarentur uoluntatem dei. usque ad plenam senectutem et de illo transirent ad cęlestem patriam. Et certe sic facerent. si adam non peccasset. Fratres ipsum exemplum domini nostri iesu christi tenemus nos episcopi in ęcclesia. Peccatores uero tenent exemplum adam. {*sic*} Uerbi gratia: sicut filius dei misit adam sanctum et iustum in paradisum. similiter nos et omnes sacerdotes mittimus in ęcclesiam homines sanctificatos et iustificatos in baptismo. Cur mittimus eos homines in ęcclesiam quia {*sic*} iam sancti facti sunt per baptismum propter ipsam causam. pro qua dominus misit adam in paradisum. hoc est ut operaretur et custodiret illum paradisum. Similiter et nos sacerdotes propterea mittimus homines baptizatos in ęcclesiam ut omni tempore operentur in ea uoluntatem dei et custodiant illam ęcclesiam hoc est christianitatem. Deus omnipotens donauit adam legem quam debuit obseruare per obedientiam. Qualem legem? ut non manducaret de arbore scientiae boni et mali. Similiter et deus per nos donat uobis legem quam debetis seruare in ęcclesia. Quam legem uobis donat dominus per nos. id est per nostram ammonitionem. non occides. non mechaberis. non adulterabis. non furtum facies. non falsum testimonium dices. non periurabis. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. et proximum tuum sicut teipsum. {cf. Ex 20:13; Rm 13:9} Fratres: ista omnia precepta [p. 145] uobis dominus donat per nos. ut custodiatis illa. et operetis illa per obedientiam. Sed quid fecit dominus de adam pro eo quod non custodiuit obedientiam? Certe eiecit eum foras de paradiso plorantem et lugentem: et nimis contristantem. Similiter et nos episcopi. propterea quia non custoditis obedientiam preceptorum dei. quę nos supra nouinauimus. {nominauimus *corr.*} propterea eicimus uos foras de ęcclesia. et cantamus post uos hoc quod dominus cantauit post adam quando expulit eum de paradiso. In sudore uultus tui uesceris pane tuo et reliqua. {Gn 3:19} Sed quid fecit adam postquam fuit eiectus de paradiso? Certe multam et dignam penitentiam fecit. ut dignus esset quo deus reciperet eum in paradisum. Et uos similiter fecistis dignam penitentiam. in ista XL quo uos sitis digni intrare in ęcclesiam et communicare corpori et sanguini domini. et propterea uos gaudenter. recipit sancta mater ęcclesia inter suos filios qui sunt filii dei adoptiui. hoc est electi. Hoc tamen debetis scire. quia sicut beatus ambrosius dixit. Nullus episcopus potest absoluere penitentes. nisi ipsa penitentia eorum fuerit digna de absolutione. Penitentia de pena accepit nomen: ut homo peccator habeat penam in corpore ieiunando et affligendo carnem suam per abstinentiam et per uigilias in orationibis. Unde ait beatus hieronimus. Grandia ieiunia expellunt fortia uitia de homine. Et longa parcitas cibi et potus: occidit luxuriam. Et propterea uobis dicimus hoc. ut si non habetis adhuc illam penitentiam factam quę deo placeat ex uestra uoluntate perficite illam. Et si non potestis ieiunare. uel [p. 146] elemosinas potestis facere. quę liberent uestras animas de inferno. non debetis hoc adtendere ut uos umquam non faciatis plus de penitentia. nisi quantum uobis fuerit commendatum. Sed de uestra uoluntate debetis plus facere sicut faciebant sancti qui portabant cilicia. et abstinebant a

carne et uino. et ieiunabant usque ad uesperam propter desiderium uitę ęterne. Et umquam non fuit illis sanctis de sacerdotibus talis penitentia commendata. Fratres. iam modo est adam receptus in cęlesti paradyso propter multum {multam *corr.*} laboriosam penitentiam quam fecit. Et propter ipsam penitentiam meruit accipere societatem cum dei fidelibus redemptis de sanguine christi. Et uos deo gratias hodie propter penitentiam estis recepturi in ęcclesia quasi in paradisum. Et quia uos conuenistis in ista die ad recipiendam societatem sanctę ęcclesię. et ad absolutionem de uestris peccatis. et ideo uenistis cum toto desiderio. quo uos possitis recipere tam magnum gaudium de paschali sollempnitate. et quo possitis communicare de corpore et sanguine domini. Propterea non debet remanere in uobis superbia pro qua cecidit lucifera angelus de cęlesti gloria in infernum. De ipsa superbia dicit scriptura. Deus superbis hominibus resistit. humilibus autem donat suam gratiam. {1 Pt 5:5} Si ille angelus lucifer per superbiam perdidit uitam ęternam. nos qui homines sumus numquam poterimus habere illam gloriam si non per humilitatem. Debet cessare in nobis {*sic*} omnis iracundia de qua dicit iohannes apostolus. Omnis qui odit fratrem suum homicida est. {1 Io 3:15} Et dominus dicit in euangelio. Si non dimiseritis peccata hominibus. nec pater uester cęlestis dimittet uobis peccata uestra. {Mt 6:15} [p. 147] Debetis etiam dimittere ut non decipiatis alios homines per uestra uitiosa mendacia. et per uestra ingeniosa iuramenta. Uere illos tales homines qui hoc faciunt. maledicit omnis ęcclesia. orans cum propheta. Disperdat dominus uniuersa labia dolosa. {Ps 11:4} et qui locuntur pacem cum proximo suo mala autem in cordibus eorum. da illis deus secundum opera ipsorum. {Ps 27:3–4} De uentris ingluuie admonet uos dominus temperare dicens. Attendite ne grauentur corda uestra in crapula et ebrietate. {Lc 21:34} Crapula et ebrietas est nimium manducare et bibere. Satis scitis uos. quia propter ingluuiem uentris cruciantur in inferno illi homines qui semper manducant et bibunt usque ad saturitatem. et usque ad ebrietatem. illi de suo uentre faciunt suum deum. Unde ait apostolus. Quorum deus uenter est et gloria in confusione hoc est in uerecundia ipsorum erit qui terrena sapiunt. {Phit 3:19} Et iterum dicit apostolus. Esca. hoc est cibus uentri est deus. et uenter escis. hoc est cibis. Deus autem hunc uentrem. et has. id est escas destruet {1 Cor 6:13} in fine mundi. hoc etiam nos ammonet in multis locis sancta scriptura. ut per omnia fugiamus fetores luxurie et omne genus fornicationis. Unde dicit apostolus. Neque fornicatores. neque adulteri regnum dei possidebunt. {1 Cor 6:9–10} Et beatus hieronimus ait. Qui autem luxuriatur: uiuens mortuus est. Preterea grandis bonitas est ut dimittamus auaritiam de qua dicit apostolus. Auaritia est idolorum seruitus. {Col 3:5} Hoc est ille homo qui auarus est ille adorat idola. et seruit idolis. Et iterum ait apostolus. Illi homines qui uolunt esse diuites. cadunt in temptationem et in laqueum diaboli. hoc est in catenam diaboli. et cadunt in desideria multa. [p. 148] et nociua quę mergunt homines in perditionem. {1 Tim 6:9} Unde iacobus apostolus ait ad ipsos diuites. Uestrę diuitię putrefacti sunt: uestimenta uestra tinęę comedunt. Aurum et argentum eruginauit. et erugo eorum erit uobis in testimonium. et ipsa erugo uestras carnes sicut ignis. {Iac 5:2–3} Omnis homo qui diuitias habet. et uestimenta satis habet. et aurum uel argentum possidet. et uidet ante se pauperes mori de fame aut de frigore. homicida est. De discordia uero ammonere uos debemus. ut non sit umquam in uobis discordia. quia non est sub cęlo ulla pestilentia quę sic deuastet regna et ciuitates et uillas. et ipsos homines quomodo discordia facit. teste saluatore in

euangelio. Omne regnum quod in seipsum est discordans desolabitur. {Lc 11:17} hoc est in desertum ueniet. De istis omnibus peccatis supra dictis debetis deum deprecari. ut donet uos facere talem penitentiam et emendationem quę deo placeat et uobis proficiat ad uitam ęternam. Ipso adiuuante qui uiuit et regnat.

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 31)*
*cf. MS **H**, fols 26r–30r (coll. [as 'C'] ÖNNERFORS, Abbo von Saint-Germain-des-Prés, Sermo 13, 123–32); O171 second part, I174, and London, British Library, Cotton Vitellius A. vii, fol. 65v–68r, each of which abbreviates the same source differently; 'et propterea post apostolos ... plantes in domo domini': D270, which adapts this passage; cf. the Old English translation in Corpus 190, pp. 353–59 (ed. BETHVRVM, Homilies, Appendix 1) and Wulfstan's Sermo 15.*
*Source* *ABBO SANGERM. Sermo 13, as in MS **H**, fols 26r–30r, where the rubric has been added in Wulfstan's own hand | partial*

[C307] **R**ex a regendo dicitur. et ideo ut rector regere debet. Octo columpne sunt quę fortiter regnum iusti regis sufferunt. Prima columpna est ueritas: in omnibus rebus regalibus. Secunda patientia: in omni negotio. Tertia largitas in muneribus. Quarta persuadebilitas in uerbis. Quinta malorum correctio. uel contritio. Sexta bonorum exaltatio. Septima. leuitas tributi in populis. Octaua ęquitas iudicii inter diuitem et pauperem. Sunt septem quę omni regi conueniunt. Deum timere. ueritatem iudicare. humilem in bonos. superbum in malos. [p. 149] pauperes pascere. Ęcclesiam dei adiuuare. Inter propinquos et alienos similem esse.

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 32[i])*
*D259–60 — cf. Polity.II 23–30 (=Polity.II 16–23), which translates this text into Old English*
*Source (*rex a regendo ... regere debet*)* *unidentified, but cf. SEDVL.SCOTT. De rector.christ. 2 (ed. Dyson, 56, line 27); ISIDORE, Etym. 9.3.4; ALCVIN Epistola 18 (ed. Dümmler, 51, line 31)*
*Source (*octo columpne ... pauperem*)* *SEDVL.SCOTT. De rector.christ. 10 (ed. Dyson, 108, lines 7–13), abbrev.*
*Source (*sunt septem ... similem esse*)* *Coll.Hib.B 27.22 (MS **A**, fol. 45r, corrected by Wulfstan's hand), all but last sentence, adapted slightly; cf. Coll.Hib.A 25.15.a, which has 'haereditatem' for 'ueritatem'*

[C308] **S**apientia est. decus et honor regis. in libro sapientię scriptum est. Initium sapientie timor domini. {Sir 1:16} Salomon dicit. Timor domini apponit dies. et anni impiorum breuiabuntur. {Prv 10:27} Audite reges et intelligite. discite iudices terrę prebete aurem uos qui continetis multitudinem. {Sap 6:2–3} id est diuinam scripturam diligenter adtendite;

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 32[ii])*
*D261*
*Source* *unidentified*

[C309] **I**ustitia iusti regis est neminem iniuste iudicare. Aduenis et pupillis et uiduis. defensorem esse. furta cohibere. {prohibere *gl. sup. lin.*} adulteria punire. inpudicos non nutrire. iniquos non exaltare. impios de terra perdere. parricidas et periurantes de terra expellere. ęcclesias dei

defendere. pauperes pascere. iustos super regni negotia constituere. Senes et sapientes. ac deum timentes consiliarios habere Magorum phitonissarum. atque insipientium superstitionibus non intendere. patriam fortiter contra aduersarios defendere. per omnia in deum confidere. fidem catholicam habere. filios suos impie agere non sinere. certis horis orationi insistere. ante horas congruas cibum non sumere. sed tempore statuto. Omnia cum discretione agere. bonos adiuuare. malos dampnare.

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 32[iii])*
*D262*

| | |
|---|---|
| *Source (*iustitia ... cibum non sumere*)* | *Coll.Hib.A 25.4.a/Coll.Hib.B 27.10 (MS **A**, fol. 42v), first part, abbrev., adapted — PS.-CYPRIAN De duodecim abusivis 9 (ed. Hellmann, p. 51 line 9–p. 52 line 6) \| abbrev., adapted* |
| *Source (*sed tempore statuto ... dampnare*)* | *unidentified* |

[C310] **I**ustitia regis. pax populorum est. tutamentum patrię munimentum gentis. cura languorum gaudium hominum. fecunditas terrę. solacium pauperum. hereditas filiorum. segetum habundantia. arborum fecunditas. uitę prosperitas. spes futurę beatitudinis.

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 32[iv])*
*D263*

| | |
|---|---|
| *Source* | *Coll.Hib.A 25.4.a/Coll.Hib.B 27.10 (MS **A**, fols 42v–43r), second part, abbrev., rearranged — cf. PS.-CYPRIAN De duodecim abusivis 9 (ed. Hellmann, 53, lines 7–10)* |
| *Source (*uitę prosperitas*)* | *unidentified* |

[C311] **I**tem alibi legitur. prosperitas regni. misericordia regis. et exaltatio nominis eius in largitate. longitudo dierum eius in uero iudicio; [p. 150] Item salomon dicit. Misericordia et ueritas custodiunt regem. et roboratur clementia thronum {*sic*} eius. {Prv 20:28}

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 32[v])*
*D264*

| | |
|---|---|
| *Source* | *Coll.Hib.A 25.4.b–c/Coll.Hib.B 27.10 (MS **A**, fol. 43r), adapted* |

[C312] **I**ustitia boni regis patriam ędificat. iniustitia iniusti regis patriam destruit. Scriptum namque est. Omnia membra caput sequuntur. {cf. Rm 12:5} Iniquitas enim regis iniqui. pacem populorum rumpit. et non solum presentis imperii faciem sibi ipsi suffocat.[32] sed etiam in filios et nepotes ne regni hereditatem obtineant. obscurat.

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 32[vi])*
*D265*

| | |
|---|---|
| *Source (*iustitia ... patriam destruit*)* | *unidentified* |

---

[32] suffocat] *read* suffuscat

| | |
|---|---|
| *Source (*scriptum ... caput sequuntur*)* | *cf. DCAL.217.†85, c. 2, as in PS.-ISIDORE, Decretales (ed. Hinschius, 136)* |
| *Source (*iniquitas ... obtineant obscurat*)* | *Coll.Hib.A 25.3/Coll.Hib.B 27.9 (MS **A**, fol. 42v), partial, abbrev., adapted — PS.-CYPRIAN De duodecim abusivis 9 (ed. Hellmann, 52, lines 10–11 + p. 52 line 19–p. 53 line 2), adapted* |

[C313] ropter {*sic*} piacula enim iniquorum regum. Saul. hieroboam. achab. et ceterorum similium. semina eorum extinxit deus. ne regnarent in mundo.
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 32[vii])*
*D266*

| | |
|---|---|
| *Source* | *Coll.Hib.A 25.3/Coll.Hib.B 27.9 (MS **A**, fol. 42v), last sentence, adapted — cf. PS.-CYPRIAN De duodecim abusivis 9 (ed. Hellmann, 53, lines 2–4)* |

[C314] **M**ulto enim melius est pauci temporis regnum legitimum. quam tyrannicum longi temporis. Et melior est exigua pars cum iustitia: quam multę possessiones cum iniquitate. Breuis est huius uitę felicitas. caduca et fragilis. temporalis potentia. et exitus hora. nobis incerta. unde festinet unusquisque. ne iniquitatibus suis rapiatur. simulque finiatur uita cum culpa.
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 32[viii])*
*D267*

| | |
|---|---|
| *Source (*multo enim ... cum iniquitate*)* | *Coll.Hib.B 27.12 (MS **A**, fol. 43r, corrected by Wulfstan's hand), adapted; cf. Coll.Hib.A 25.7, whose wording differs slightly; Coll.Tur. 65 — GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 72 (ed. Engelbrecht, 56, lines 20–3)* |
| *Source (*breuis est ... temporalis potentia*)* | *DEFENSOR, Lib.scintill. 80.11 (ed. Rochais, 229, lines 1–2), abbrev.; cf. SEDVL.SCOTT. Coll.in apost. excerpt. 63 (eds Frede–Stanjek, 802, lines 2–3) — cf. SENECA, Controv. 2.1.1 (ed. Winterbottom, I, 204, lines 12–13)* |
| *Source (*et exitus hora ... uita cum culpa*)* | *DEFENSOR, Lib.scintill. 80.20 (ed. Rochais, 230, lines 1–3) — ISIDORE, Sententiae 3.62.4 (ed. Cazier, 328, lines 15–18) \| abbrev., adapted* |

[C315] Paulus dicit. Quamdiu quidem sum gentium apostolus ministerium meum honorificabo. {Rm 11:13} Qui rursus alias dicit. Facti sumus paruuli in medio uestrum. {1 Th 2:7} Exemplum procul dubio nobis sequentibus ostendit ut et humilitatem teneamus in mente. et tamen ordinis nostri dignitatem seruemus in honore. quatinus nec in nobis humilitas timida. nec erectio sit superba.
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 33a[i])*

| | |
|---|---|
| *Source* | *DGRE.590.1354 (ed. Norberg, 320, lines 3–8)* |

* * *

*There follows on **C**, pp. 150–57 a series of texts on pastoral privilege and responsibility (Sauer's 'Block VII'), of which the following text (C316) is the final part*

[C316] *(**C**, pp. 156–57): De rapinis ecclesiasticarum rerum*
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(coll. [as 'C'] CROSS, 'Atto of Vercelli', 243–44; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 34)*
*D258 — cf. London, British Library, Cotton Vespasian A. xiv, fol. 173v, which adds two additional canons to the end of this text; O28, which greatly adapts this text*

[C317] **F**ratres. Scitote quia diuisa est potestas secularis et potestas spiritalis. Bonis secularibus decet. ut sint defensores ęcclesię. et propugnatores gregis christi. spiritalibus autem conuenit. ut sint intercessores pro omni populo dei. Miles quidem christi armis humanis uti non debet. ut testimonia multa declarant. Incipiamus testimonium a deo et domino nostro iesu christo qui dum pro humano genere crucis uellet subire tormentum. et a militibus esset tentus petrum pro[p. 158]hibuit ne gladio pugnaret. {cf. Io 18:10–12} Quod si tantus princeps apostolorum non habuit licentiam pugnandi pro iniuria domini sui inlata. quid rectius nobis est quam ut eius imitemur exempla? Intelligite ergo quia non in asta et gladio saluat deus. sed potius in assiduis orationibus. Sanctus quoque christi confessor martinus. dum a iuliano apostata iussus fuisset militaria suscipere indumenta dixit se christi esse militem et ideo non posse pugnare. His et aliis multis declatur {declaratur *corr.*} exemplis. episcopum. presbiterum. monachum. nulla debere portare arma in pręlio. nisi tantum ea de quibus legitur. Galeam salutis assumite. et gladium spiritus quod est uerbum dei. {Eph 6:17} scilicet orationes predicationes. et cetera. De libro quoque exodi utile habemus exemplum. scilicet dum pugnaret iosue aduersum amalech. moyses non armis pugnabat. sed extensis palmis ad cęlum deum orabat. et uincebat israheliticus populus. Ut autem remittebat manus. inualescebat amalech. {cf. Ex 17:8–13}
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 35)*
*cf. O30 and B165 (I162, O–), each of which adapts this text differently; 'his et aliis ... uerbum Dei': O147*
*Source* *unidentified, but for 'diuisa ... potestas spiritalis' cf. ALCVIN Epistola 17 (ed. Dümmler, 48, line 1), and for 'sanctus quoque ... posse pugnare', cf. SVLP.SEV. Vita Martin. 4.3 (ed. Fontaine, I, 260). Note: 'petrus euaginato gladio abscidit auriculam malchi quam dominus sanitati restituit et' probably omitted in C317 and B165 through homoioteleuton.*[33]

[C318] **L**egalibus institutis et euuangelicis monemur preceptis. ut dominum deum nostrum totis precordiis diligamus et proximum tamquam nosipsos. {cf. Mt 22:37–9} Si igitur ab omnibus

[33] Note, however, that the uncorrupted (and slightly adapted) form in *Coll.Wig.O* 30 is marred by anacoluthon: *Nam dominus noster iesus christus cum pro humano genere crucis uellet subire tormentum, et a militibus esset tentus, petrus euaginato gladio abscidit auriculam malchi, quam dominus sanitati restituit, et petro prohibuit ne postea umquam gladio pugnaret.* The syntax should be emended to read *Nam cum dominus noster iesus christus pro humano genere...*

fidelibus his salutiferis preceptis totis nisibus est fauendum. quanto magis ab his qui diuinis cultibus mancipati sunt. Proinde oportet ut primo hęc precepta custodiant. quia in his duobus preceptis tota lex pendet et prophetę. Non occidant. non adulterent. non faciant furtum. non concupiscant rem alienam. non falsum testimonium dicant. et quod sibi non uolunt fieri alteri ne faciant. Non [p. 159] sint superbi. non ebriosi. non iracundi. non quibuslibet aliis uitiis substrati. fraudes et dolositates caueant. usuris nequaquam inseruiant. non iurent ne forte periurent. discordiam fugiant. et quos discordantes inuenerint. ad caritatis concordiam reuocent. Sobrie. iuste. et pie uiuant. ieiunium ament. hospites colligant. pauperes recreent. nudos uestiant. infirmos uisitent. mortuos sepeliant. pacem si fieri potest cum omnibus hominibus habeant. Magistros suos non temere reprehendant. diem iudicii timeant. Lectionibus. psalmis. ymnis. canticis. et ceterorum bonorum operum exercitiis incumbant. In dormitorio nisi quem infirmitas detinuerit. omnes dormiant. In refectorio pariter reficiantur. Horas canonicas non neglegenter sed cum omni religione pariter in ęcclesia celebrent. scientes angelorum presentiam semper illic adesse. Contubernia feminarum: nullatenus appetant. Caueant summopere ne extra claustra moras faciant. nisi prout sibi a priore constitutum fuerit. et oportunitas temporis dictauerit. Intra claustra positi. non otio uacent. sed {aut *add. sup. lin.*} diuinis officiis. aut propriis utilitatibus. aut certe magistrorum iussionibus pareant. ne otio torpentes. ab apostolo audiant. Qui non uult operari: nec manducet. {2 Th 3:10} Seniores spiritaliter iuniores diligant. iuniores senioribus obsequium dignum exhibeant. Doctiores minus doctis nequaquam se preferant. sed magis eos cum caritate ędificent. neque [p. 160] hi qui nobilitate generis aut uirtutum donis pollent. ceteris se tumide superextollant. Omnes in congregatione uicissim sibi caritatis officio seruiant. Quibus etiam in refectorio comedentibus et religiose silentium tenentibus continuatim legatur lectio. Delinquentes. zelo rectitudinis pariter arguant et castigent. Pueros et adoloscentes {*sic*} neglegentes uerberum disciplinis corripiant. Singuli iuxta capacitatem suam diuersarum artium erudiantur disciplinis. ut nullus in collegio canonico inutilis appareat. ne uota fidelium otiosus comedat. **T**ales quippe esse immo taliter conuersari. decet omnes qui diuinis officiis se mancipauerunt. Quapropter studeant hęc breuiter collecta sedula meditatione perlegere. et memorię commendare. et adiuuante diuina gratia iuxta uires adimplere. quatinus diuinis iussionibus obtemperantes. ad christum in cuius sorte esse noscuntur eo opitulante peruenire mereantur. Amen.

*(coll. [as 'X'] CROSS, 'Newly-identified', 81–3; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 36)*

*C193 — cf. Coll.Wig.R, where this text is fragmentary; cf. Wulfstan's Sermo 10a (ed. BETHVRVM, Homilies, 192–93), which translates this text into Old English*

*Source CAAC.816.145 (ed. Werminghoff, p. 419 line 9–p. 419 line 6), abbrev., adapted*

* * *

*There follows on **C**, pp. 160–83 Ælfric's Ep.2 and 3, Wulfstan's Sermo 8a, and De chrismate ('Crisme unguendum moyses primum ... christi ęterni regis et sacerdotis', a text incorporated into Sermo 8a in MS **O**).*

[p. 183...]
[C319] **O**fficium quidem missę magna ex parte ad solum pertinet sacerdotem cui sacrificandi data est licentia et ueneranda misteria consecrare. Et ideo sacerdotes procurent magnopere. ut sint prius innocentes. mansueti. sobrii. et humiles. Deinde cum casto corpore et mundo corde accedant ad benedicendum dei sacrificium conseruantes semper munditiam cordis et corporis. ne irritam faciant consecrationem quam in manibus cum magna promissione susceperunt. nec ab huius unquam unctionis dignitatibus degenerent. Nam et oblationes quas in sacrificio deo offerant. aut semetipsis aut a discipulis ab eis bene eruditis nitidę ac studiose preparentur. et diligenter obseruetur. ut panis et uinum et aqua. sine quibus nequaquam missę celebrantur. pura et munda fiant. quia si aliter agatur. non solum ab altare domini et a conuiuio sanctorum separabuntur. sed etiam cum his qui acetum cum felle mixtum obtulerunt domino in passione crucis. nisi cito de his uera penitentia neglegentiis ante exitum uitę subuenerit punientur. Sacerdos enim habet personam christi. Altare uero crucem christi significat. Panis extensus super altare. corpus domini demonstrat extensum in cruce. Uinum et aqua in calice monstrant sacramenta quę de latere domini in cruce domini fluxerunt. id est sanguis et aqua. Sacrificium itaque dictum est quasi sacrum factum quia prece mystica consecratur in [p. 184] memoriam pro nobis dominice passionis. cuius panis et calicis sacramentum. eucharistiam greci dicunt quod latine bona gratia interpretatur. Ideoque cotidie corpus christi offertur et sanguis. ne obliuioni passio eius tradetur. Ipse enim dicit. Quotiescumque hoc feceritis in meam commemorationem facite. {1 Cor 11:25} Sacramenta quippe ecclesiastica sunt. baptismum et crisma corpus christi et sanguis. quę ob id sacramenta dicuntur. quia sub tegumento carnalium rerum uirtus diuina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. Unde et a secretis uirtutibus uel a sacris sacramenta dicuntur. Unde greci misterium dicitur. quod secretam et reconditam habeat dispensationem.

*(catalog. Jones, 'Ælfric's letter', no. 41)*

*D277; MS **O**, pp. 163–64 (titled 'De officio et mysterio missae'); MS **H**, fols 79v–80r (where the title 'De officio missae' is added in Wulfstan's hand); 'officium quidem ... subuenerit punientur': also in MS **Pk**, fol. 159r–v, where it is titled 'De officio misae [sic] et misterio atque orationibus canonicorum horarum, Sermo Rabani Mauri' (cf. Cross, Carolingian sermonary, 41; Cross–Tvnberg, Copenhagen Wulfstan collection, 23) — cf. B109 (I109, O–), which adapts part of this text*

| | |
|---|---|
| *Source (*officium quidem ... misteria consecrare*)* | *MS **Pk**, fol. 159r — Hrab.Mavrvs De inst.cleric. 2.1 (ed. Zimpel, 344, lines 3–5), abbrev., adapted. Note: this passage not found in the selection of material from Hrab.Mavrvs De inst.cleric. 2.1–10 in **C**, pp. 194–97.* |
| *Source (*et ideo sacerdotes ... dignitatibus degenerent*)* | *MS **Pk**, fol. 159r–v* |
| *Source (*nam et oblationes ... subuenerit punientur*)* | *MS **Pk**, fol. 159v; 'et diligenter obseruetur ... subuenerit punientur': cf. Coll.Wig.B 109 — 'et diligenter obseruetur ... missę celebrantur': Theodvlf Cap.I, 5 (ed. Brommer, 107, lines 2–3), partial, adapted;* |
| *Source (*sacerdos enim ... christi significat*)* | *unidentified* |
| *Source (*panis extensus ... sanguis et aqua*)* | *Amalar. Lib.officialis 4.47.3 (ed. Hanssens, 542, lines 18–21), abbrev.* |

*Source (*sacrificium itaque ... gratia interpretatur*)* *ISIDORE, Etym. 6.19.38; HRAB.MAVRVS De inst.cleric. 1.32 (ed. Zimpel, 338, lines 9–13) | abbrev.*
*Source (*ideoque cotidie ... commemorationem facite*) unidentified*
*Source (*sacramenta quippe ... id sacramenta dicuntur*) ISIDORE, Etym. 6.19.39–40, partial; HRAB.MAVRVS De inst.cleric. 1.24 (ed. Zimpel, 316, lines 3–7) | adapted*
*Source (*unde greci ... habeat dispensationem*)* *ISIDORE, Etym. 6.19.42, last sentence; HRAB.MAVRVS De inst.cleric. 1.24 (ed. Zimpel, 316, lines 12–13)*

[C320] **I**nitium quidem sacerdotii aaron fuit quamquam melchisedech prior obtulerit sacrificium. et post hunc abraham isaac et iacob. Sed isti spontanea uoluntate non sacerdotali auctoritate ista fecerunt. Ceterum aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit primusque pontificali stola indutus uictimas obtulit iubente domino ac loquente ad moysen. Accipe inquid aaron et filios eius et applicabis ad hostium tabernaculi testimonii. Cumque laueris patrem cum filiis aqua. indues aaron uestimentis suis. id est linea tonica et superhumerale et rationale. quod constringes baltheo et pones tyaram in capite eius et laminam sanctam super tyaram unctionis fundens super caput eius atque hoc ritu consecrabitur. Filios quoque eius adplicabis et indues lineis tunicis cingesque baltheo aaron scilicet et liberos eius et inpones eis mitras. eruntque sacerdotes mei religione perpetuo. {*sic*} {Ex 29:4–9} Quo in loco contemplari oportet aaron summum sacerdotem. id est episcopum fuisse. nam filios eius presbiterorum [p. 185] figuram premonstrasse. Fuerunt enim filii aaron et ipsi sacerdotes quibus merito adstare debuissent leuite sicut summo sacerdoti. Et hoc fuit inter aaron et inter filios eius. qui et ipsi erant sacerdotes. quod aaron super tonicam {*sic*} accipiebat poderem stolam sanctam et coronam auream mitram et zonam auream et superhumerale. et cetera que supra memorata sunt. Filii autem aaron super tunicas lineas cincti tantummodo et tyarati. adstabant sacrificio dei. Sed forsitan queritur et hoc cuius figuram faciebat moyses. Si enim aaron filii presbiterorum figuram faciebant. et aaron summi sacerdotis. idem episcopi moyses cuius? indubitanter christi et uere per omnia christi. Quoniam fuit similitudo mediatoris dei. qui est inter deum et hominem iesus christus. qui est uerus dux populorum. uerus princeps sacerdotum. et dominus pontificum. cuius {*sic*} est honor et gloria in secula seculorum.
*(catalog. JONES, ‘Ælfric’s letter’, no. 42.i[a])*
*MS **H**, fols 18r–v and 80r–v (where the title ‘De sacerdotibus’ is added in Wulfstan’s hand); MS **M**, fol. 20r (–20v ?), with the title ‘Ysidori de sacerdotibus’ — cf. MS **O**, pp. 203–04, which prefixes to this text material from C328 and Coll.Hib.A 2.1.c*
*Source* *CAAC.816.9 (ed. Werminghoff, p. 322 line 36–p. 323 line 19) — ISIDORE, De eccl.off. 2.5 (ed. Lawson, 56–7, lines 6–38)*

[C321] **A**ctenus de primordiis sacerdotalibus in ueteri testamento. in nouo testamento post christum sacerdotalis ordo a petro cępit. Ipsi enim primum datus est pontificatus in ęcclesia christi. Sic enim loquitur ad eum dominus. Tu es inquid petrus. et super hanc petram edificabo ęcclesiam meam. et porte inferi. non preualebunt aduersus eam et tibi dabo claues regni cęlorum. {Mt 16:18–19} **H**ic ergo ligandi soluendique potestatem primus cepit. primusque ad fidem populum uirtute suę predicationis adduxit. Siquidem et ceteri apostoli cum petro pari consortio. honores et potestates acceperunt. Qui etiam in toto orbe dispersi. euuangelium predicauerunt. Quibusque decidentibus successerunt episcopi qui sunt constituti per totum mundum in sedibus

apostolorum. qui non iam ex genere carnis et sanguinis eliguntur. sicut primum secundum [p. 186] ordinem aaron. sed pro uniuscuiusque merito. quod in eum gratia diuina contulerit. Quattuor enim sunt genera apostolorum. unum a deo tantum. ut moyses. Alterum per hominem et deum. ut iosue. Tertium tantum per hominem. sicut his temporibus multi fauore populi et potestatum. in sacerdotium subrogantur. Quartum genus ex se est sicut pseudoprophetarum et pseudoapostolorum. Quid sit autem nomen apostolorum? Apostoli in latina lingua. missi interpretantur. quia ipsos misit dominus euuangelizare ad inluminationem omnium populorum. Episcopus autem ut quidam prudentium ait: nomen est operis: non honoris; Grecum est enim. atque inde ductum uocabulum. quod ille qui episcopus efficitur superintendit. curam scilicet subditorum gerens. Scopus quidem intentio. Ergo episcopus latine superintentor uel speculator possumus dicere: ut intellegat non esse se episcopum qui non prodesse: sed pręesse dilexerit. Quod uero per manus inpositionem a predecessoribus episcopi ordinantur. antiqua est institutio. Isaac autem patriarcha sanctus. potens {ponens *corr.*} manum suam super caput iacob. et benedixit ei. Similiter et iacob filiis suis benedictionem dedit. Moyses super caput iosue manus suas inponens. dedit ei spiritum uirtutis et ducatus in populo israel. Sic et superimpletur {*sic*} legis et prophetarum. dominus noster iesus christus per manus inpositionem apostolos benedixit. Sicut in euuangelio luce scriptum est. Et perduxit eos trans bethaniam. et eleuauit manus suas et benedixit eos. Factumque est cum benedixisset illis discessit ab eis. Et ipsi reuersi sunt hierusalem cum gaudio magno. {Lc 24:50–2} Et in actibus apostolorum ex precepto sancti spiritus paulo et barnabęę apostolis manus inposita est in episcopatum. et sic missi sunt ad euuangelizandum. [p. 187] Quod autem a triginta annis sacerdos efficitur. ab ętate scilicet christi sumptum est ex qua idem orsus est predicare. Hęc enim ętas profectum iam non indiget paruulorum. sed profectionis ui plena est et robusta. et ad omne discipline ac magisterii exercitium preparata. Quod uero unius uirginalis matrimonię sint qui eliguntur in ordine pontificatus et in lege ueteri mandatum est et plenius scribit apostolus dicens. Unius uxoris uirum. {cf. 1 Tim 3:2; 3:12; Tit 1:6} Sacerdotem querit aut de monogamia ordinatim. aut de uirginitate sanctum. Porro quod episcopus non ab uno sed a cunctis prouincialibus episcopis ordinatur. Ideo est institutum. ne aliquid contra fidem ęcclesię unius tyrannica auctoritas meliretur. Propterea ab omnibus conuenientibus constituitur. ac non minus quam tribus presentibus. ceteris tamen consentientibus testimonio litterarum. Huic autem dum consecratur datur baculus. ut eius inditio subditam plebem uel regat uel corrigat uel infirmitates infirmorum sustineat. Datur anulus propter signum pontificalis honoris. uel signaculum secretorum; Nam multa sunt quę carnalium minusque intellegentium occultates sacerdotes quasi sub signaculo condunt. ne indignis quibusque sacramenta dei aperiantur. Cuius pre ceteris speciale officium est scripturas legere. percurre {*sic*} canones exempla sanctorum imitari. Uigiliis. ieiuniis. orationibus incumbere. Cum fratribus habere pacem. nec quemquam ex membris suis discerpere. Nullum dampnare nisi conprobatum. nullum excommunicare. nisi discussum. Quique ita humilitate pariter et auctoritate prestabit. ut nec per nimiam humilitatem [p. 188] suam subditorum uitia conualescere faciat. nec per inmoderatam auctoritatem. seueritatis potestatem exerceat. sed tanto cautius erga commissos agat. quanto durius a christo iudicari formidat. Tenebit quoque illam

supereminentem donis omnibus caritatem. sine qua omnis uirtus nihil est. Custos enim sanctitatis caritas est. Locus autem huius custodis humilitas. habebit etiam inter hęc omnia et castitatis eminentiam. ita ut mens christi corpus confectura ab omni inquinamento carnis sit munda et libera Inter hęc oportet eum sollita dispensatione curam gerere pauperum. esurientes pascere. uestire nudos. suscipere peregrinos. captiuos redimere. uiduas pupillos tueri. peruigilem in cunctis exhibere curam. prouidentia et distributione discreta.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 42.i[b])*

*MS **H**, fols 18v–20r and 80v–82v (where the title 'Item de sacerdotibus' is added in Wulfstan's hand); MS **M** (fols 20v–22r ?) — 'actenus de primordiis ... diuina contulerit': cf. MS **O**, pp. 204–05, which appends to this passage 'sacerdotes, id est ępiscopi et presbiteri, constituuntur'*

| | |
|---|---|
| *Source (*actenus ... diuina contulerit*)* | *CAAC.816.9 (ed. Werminghoff, 323, lines 20–9) — ISIDORE, De eccl.off. 2.5 (ed. Lawson, 57–8, lines 39–53)* |
| *Source (*quattuor enim ... sacramenta dei aperiantur*)* | *CAAC.816.9 (ed. Werminghoff, p. 323 line 32–p. 324 line 24) — ISIDORE, De eccl.off. 2.5 (ed. Lawson, 58–60, lines 59–109); 'episcopus latine superintentor uel speculator': cf. Coll.Hib. 1.1.a* |
| *Source (*cuius pre ceteris ... distributione discreta*)* | *CAAC.816.9 (ed. Werminghoff, 325, lines 22–34) — ISIDORE, De eccl.off. 2.5 (ed. Lawson, 63, lines 171–189)* |

[C322] **H**ostiarii sunt idem et ianitores. qui clauim omnia intus extraque custodiunt. atque signo populum uocant inter bonos et malos iudicium habent. fideles recipiunt infideles respuunt.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 42.ii[a])*

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*

*MS **O**, pp. 201–02, with the title 'Incipit de septem ęcclesiasticis gradibus'; MS **H**, fols 20r and 82v (where the title 'De hostiariis' is added in Wulfstan's hand); MS **M**, fol. 22r, with the title 'De septem gradibus aecclesiasticis' (ed. FEHR, Hirtenbriefe, 256)*

*Source* *ISIDORE, Etym. 7.12.32–3, abbrev., adapted*

[C323] **L**ectores a legendo dicuntur. qui uerbum dei predicant quibus dicitur. Clama ne cesses quasi tuba exalta uocem tuam. {Is 58:1} Hii initium sumpserunt a prophetis et lege qui recitabant diuinos libros. Porro uox lectoris simplex erit. et clara ad omne opus pronuntiationis genus acommodata plena fuco {*sic*} uirili. agrestem. et subrusticum effugiens sonum. Non humilis. nec adeo sublimis. non fracta uel tenera. nihilque femineum sonans. neque commotu {cum motu *corr.*} corporis. sed tantum cum grauitatis specie. Auribus enim et cordi consulere [p. 189] debet lector. non oculis. ne potius ex seipso expectatores magis quam auditores faciat.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 42.ii[b])*

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*

*MS **O**, p. 202; MS **H**, fols 20r–v and 82v (where the title 'De lectoribus' is added in Wulfstan's hand); MS **M**, fol. 22r–v (ed. FEHR, Hirtenbriefe, 256)*

| | |
|---|---|
| *Source (*lectores a legendo ... diuinos libros*)* | *Coll.Hib.B 5.1 (MS **A**, fols 10v–11r); cf. Coll.Hib.A 5.1, whose wording differs — ISIDORE, De eccl.off. 2.11 (ed. Lawson, 70, lines 2–7), adapted; CAAC.816.3 (ed. Werminghoff, 319, lines 13–17), adapted; cf. ISIDORE, Etym. 7.12.24* |

*Source (*porro uox ... auditores faciat*)* *CAAC.816.3 (ed. Werminghoff, 319, lines 32–6); ISIDORE, De eccl.off. 2.11 (ed. Lawson, 71, lines 32–8); 'porro uox ... femineum sonans': also in Coll.Hib.A 5.4*

[C324] **E**xorciste ex greco in latinam adiurantes siue increpantes uocantur. quod inuocant super inerguminos. uel super eos qui habent spiritum inmundum. nomen domini iesu christi adiurantes per eum ut egrediatur ab eis spiritus inmundus. Exorcismus autem coniuratio est.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 42.ii[c])*
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*MS **O**, p. 202; MS **H**, fol. 20v; MS **M**, fol. 22v (ed. FEHR, Hirtenbriefe, 257)*
*Source (*exorciste ... egrediatur ab eis*)* *ISIDORE, Etym. 7.12.31*
*Source (*spiritus inmundus*)* *unidentified*
*Source (*exorcismus ... coniuratio est*)* *ISIDORE, Etym. 6.19.55*

[C325] **A**ccoliti grece: latine ceraferarii dicuntur a[d]portandis {aportandis *corr.*} cereis quando euuangelium legitur. aut sacrificium offertur. ad signum letiti[*]e. {letitie *corr.*}
*(coll. [as 'C'] FEHR, Hirtenbriefe, 257; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 42.ii[d])*
*MS **O**, p. 202 (coll. [as 'O'] FEHR, Hirtenbriefe, 257); MS **H**, fol. 20v; MS **M**, fol. 22v (ed. FEHR, Hirtenbriefe, 257)*
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*Source* *ISIDORE, Etym. 7.12.29–30, partial; CAAC.816.5 (ed. Werminghoff, 320, lines 19–22) | abbrev.*

[C326] **S**ubdiaconi. id est subministri. qui nathinnei in hesdra uocantur. id est in humilitate deo seruientes. Isti obediunt officiis leuitarum. Isti uasa corporis et sanguinis iesu christi diaconis ad altare offerunt. quibus propheta dicente iubetur. mundamini qui fertis uasa domini. {Is 52:11}
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 42.ii[e])*
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*MS **O**, pp. 202–03; MS **H**, fol. 20v; MS **M**, fol. 22v (ed. FEHR, Hirtenbriefe, 257)*
*Source* *CAAC.816.3 (ed. Werminghoff, 320, lines 25–34); ISIDORE, De eccl.off. 2.10 (ed. Lawson, 69, lines 2–15) | abbrev., adapted*
*Source (*id est subministri*)* *cf. Coll.Hib.A 4.1*

[C327] **D**iaconus grece. minister latine. quia ministrat presbitero. quia [**]sicut {sicut *corr.*} in sacerdote {*sic*} consecratio: ita in diacono ministri {*sic*} dispensatio habetur. Hii et leuite ex nomine auctoris uocati. De leui autem. leuitę exorti sunt. Leuitam id est ministrum oportet ministrare ad altare. et baptizare et communicare.
*(coll. [as 'C'] FEHR, Hirtenbriefe, 257; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 42.ii[f])*
*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*
*MS **O**, p. 203 (coll. [as 'O'] FEHR, Hirtenbriefe, 257); MS **H**, fols 20v–21r — cf. MS **H**, fol. 22v (ed. FEHR, Hirtenbriefe, 257), which adds 'nam sacerdos sine diacono nomen habet sed officium non habet' (from ISIDORE, De eccl.off. 2.8). REYNOLDS, 'De officiis VII graduum', 132 n. 78 notes that this 'treatise' (by which he perhaps means C321–29?) is also found in the twelfth-century MS Edinburgh, University Library, Laing. 56 (Borland 105), fol. 31v*
*Source (*diaconus grece ... exorti sunt*)* *ISIDORE, Etym. 7.12.22, rearranged, adapted. Note: 'quia ministrat presbitero' not in source. Note: 'nam sacerdos sine diacono nomen*

*habet sed officium non habet' (from* ISIDORE*, De eccl.off. 2.8) has been added to MS* ***M****, fol. 22v*

*Source (*leuitam ... communicare*)* *Coll.Hib.A 8.2/Coll.Hib.B 8.2 (MS* ***A****, fol. 11v), partial*

[C328] **P**resbiter grecum nomen est quod latine senior dicitur. Non pro etate uel decrepita senectute. sed propter honorem et dignitatem quam accipiunt {qui *add. sup. lin.*} presbiteri nominantur. Unde et in prouerbiis dicitur. Gloria senum canicies. {Prv 20:29} Quę est hęc canicies? haud dubium [q**] {[q**] *ras.*} sapientia. de qua scriptum est. Canicies hominum prudentia est. {cf. Iob 12:12; Sap 4:8} His enim sicut episcopis dispensatio ministeriorum dei commissa est. Pręsunt enim ęcclesiae christi. et in confectione [p. 190] diuini corporis et sanguinis consortes cum episcopis sunt. Similiter et in doctrina populorum. in officio predicandi. Hac {*sic*} solam preter auctoritatem summi sacerdotii clericorum ordinatio et consecratio reseruata est ne a multis disciplina ęcclesię uendicata concordiam solueret. scandala generaret. Nam paulus apostolus eosdem presbiteros ut uere sacerdotes sub nomine episcoporum. ita adseuerat loquens ad titum. Huius inquid rei gratia reliqui te crete. ut ea quę desunt corrigas. et constituas per ciuitates presbiteros quemadmodum ego tibi disposui. Si quis sine crimine est unius uxoris uirum. filios habentem fideles. non in accussatione luxurię. aut non subditos. Oportet episcopum sine crimine esse. {Tit 1:5–7} Qua sententia ostendit etiam presbiteros episcoporum nomine taxari.

*(catalog.* JONES*, 'Ælfric's letter', no. 42.ii[g])*

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*

*MS* ***H****, fol. 21r; MS* ***M****, fols 22v–23r (ed.* FEHR*, Hirtenbriefe, 257) — 'presbiter grecum ... presbiteri nominantur': cf. MS* ***O****, p. 203, which combines this passage with C320 and Coll.Hib.A 2.1.c*

*Source (*presbiter grecum ... senior dicitur*)* *Coll.Hib.A 2.1.a —* ISIDORE*, Etym. 7.12.20, adapted*

*Source (*non pro etate ... presbiteri nominantur*)* ISIDORE*, Etym. 7.12.20; cf. CAAC.816.8 (ed. Werminghoff, 322, lines 32–2);* ISIDORE*, De eccl.off. 2.7 (ed. Lawson, 66, lines 39–41)*

*Source (*unde et in prouerbiis ... prudentia est*)* *CAAC.816.8 (ed. Werminghoff, 322, lines 27–9);* ISIDORE*, De eccl.off. 2.7 (ed. Lawson, 66, lines 33–6); Coll.Hib.A 2.1.b, partial*

*Source (*his enim sicut episcopis ... nomine taxari*)* *CAAC.816.8 (ed. Werminghoff, 322, lines 10–20);* ISIDORE*, De eccl.off. 2.7 (ed. Lawson, 65, lines 8–22); 'his enim sicut episcopis ... concordiam solueret': also in Coll.Hib.B 2.4 (MS* ***A****, fol. 6v)*

[C329] **B**eati pauli apostoli uerba proferamus. quomodo ad timotheum uel ad titum de eligendis episcopis admonuit dicens. Ait namque ad timotheum. Oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse unius uxoris uirum. sobrium. prudentem. pudicum. ornatum. hospitalem. doctorem. non uinolentum. non percussorem. sed modestum. non litigiosum. non cupidum. {1 Tim 3:2–3} non neophitum. ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. {1 Tim 3:6} Item ad titum. Oportet enim episcopum sine crimine esse. sicut dei dispensatorem. non superbum. non iracundum. non uinolentum. non percussorem. non turpis lucri cupidum. sed hospitalem. benignum. sobrium. iustum. sanctum. continentem. amplectentem eum qui secundum doctrinam

est fidelem sermonem. ut potens sit exortari in doctrina sana. et eos qui contradicunt arguere. {Tit 1:7–9} Quod ait ad timotheum. oportet episcopum inreprehen[p. 191]sibilem esse {1 Tim 3:2} idipsum quoque ad titum. si quis est sine crimine. {Tit 1:6} Omnes uirtutes in uno sermone conprehendit. et pene rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum etiam in otioso uerbo reprehensione dignum est. quis ille qui absque crimine id est reprehensione uersetur in mundo? Sed futurus pastor ęcclesiae talis eligitur. ad cuius comparationem recte grex ceteri nominentur. Sic lingua inreprehensibilis queritur. ut doctus merito suspicatur. Perdit enim auctoritatem docendi cuius sermo operibus destruitur. Unius uxoris id est ante electionem non post ordinationem. Sobrium. et non comedens et bibens cum ebriosis. percutiet seruos et ancillas. sed incertum domini expectet aduentum. et det conseruis in tempore cybaria. Prudentem. pudicum. Prudentia decet episcopum uelut doctorem ęcclesiae. et sacerdotalis pudicitia. ut non solum ab opere se inmundo abstineat. uerum etiam a iactu oculorum. et cogitationis errore. mens corpus christi confectura sit libera. Ornatum non comptum uestibus sed moribus. Qui uitia non habet. inreprehensibilis appellatur. Qui uirtutibus pollet: ornatus est; Hospitalem. Si enim omnes christi {*sic*} illud de euuangelio implere debeant. hospes fui: et suscepistis me. {Mt 25:35} Quanto magis episcopus cuius domus omnium commune debet esse hospitum. Laicus enim unum hospitem aut duos aut paucos recipiens impleuit hospitalitatis officium. episcopus nisi omnes reciperit: inhumanus est. Doctorem. doctrina namque a sacerdotibus exquiritur. Innocens enim et absque sermone conuersatio quantum exemplo prodest: tantum silentio nocet. Nam latratu canum baculoque [p. 192] pastoris. luporum rabies deterrenda est. Non uinolentum. uinolentia scurronum est. et comesatorum. Uenterque mero estuans. cito dispumat in libidines. In uino luxuriam. In luxuria uoluptas. In uoluptate inpudicitia. Qui luxuriatur: uiuens mortuus est. Ergo qui inebriatur: et mortuus et sepultus est. Noę ad unius horę ebrietatem nudat femora sua. quę per sex centos annos sobrietate contexerat. Loth per temulentiam nesciens libidini miscet incestum. Et quem sodoma non uicerat: uina uicerunt. Non percussorem. Percussorem autem episcopum ille condempnat. qui dorsum posuit ad flagella. et maledictus non remaledixit. Altiori tamen intellectu non percussorem illum esse dicimus. qui mansuetus et patiens est et scit in tempore quid loquendum sit quid tacendum. ne sermone inutili conscientiam percutiat infirmorum. Sed modestum. duobus malis unum apposuit bonum. ut temulenta {*sic*} et ira modestia refrenetur. Non litigiosum. audiant hoc qui garrulitatem auctoritatem putant. et parant se semper ad lites in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus intonant. Non iracundum. iracundus doctor per abiem {rabiem *corr.*} furoris discipline modum ad inmanitatem crudelitatis conuertit. et unde emendare subditos poterat. inde potius uulnerat. Non proteruum. id est non tumentem et placentem sibi quod episcopus sit. sed quasi bonum uillicum id est requirentem quod pluribus prosit. Non turpis lucri cupidum. turpis lucri appetitus ab episcopo debet esse alienus. Episcopus qui imitator apostolorum esse cupit habens uictum et uestitum his tantum debet esse contentus. [p. 193] Qui altari seruiunt. de altari uiuant. {1 Cor 9:13} Uiuant inquid et non diuites faciant {*sic*} unde et aes excutitur et petra. et una tantum tunica induimur: ne de crastina cogitemus. Auaritiam in sacerdotem uitandam. et samuel docet nihil contra populum eripuisse se cuiquam probans. Non neophitum ne in superbiam elatus. in iudicium incidat diaboli. Heri caticuminus. hodie pontifex.

Heri in eamphiteatro. {*sic*} hodie in ęcclesia. Uespere in circo: mane in alteri. {*sic*} Dudum fauctor {*sic*} histrionum: nunc uirginum consecrator. Quod autem ait ne in superbiam elatus. in iudicium incidat diaboli. {1 Tim 3:6} Quis non exemplo uerum esse probat? Ignorat momentaneus sacerdos humilitatem et mansuetudinem rusticorum. Ignorat blanditias christianas. Nescit seipsum contempnere. De dignitate. transfertur ad dignitatem. non ieiunauit. non fleuit. non mores suos reprehendit. et assidua meditatione correxit. Non substantiam pauperibus erogauit. De cathedra quomodo ducitur ad cathedram? id est de superbia ad superbiam. In iudicium autem et ruinas diaboli. nulli dubium qui in {*sic*} arrogantia sit. Incidunt in eam. qui in puncto horę. necdum discipuli iam magistri sunt. Iustus quoque episcopus esse debet et sanctus. ut iustitiam in populis quibus preest exerceat. reddens unicuique quod meretur. nec accipiet personam in iudicio. Inter laici autem et episcopi iustitiam hoc interest. Quod laicus potest apparere iustus in paucis: episcopus autem in tot exercere iustitiam. quot et subditos habet. Talis ergo sit pontifex christi. ut qui religioni detrahunt. uitę eius detrahere non audeant. Hos in sacerdotibus eligendis: canones [p. 194] obseruare oportet.

*(ed. [partial] FEHR, Hirtenbriefe, 257–58; catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 42.iii)*

*Note: a space was left for a rubric, though it has not been filled.*

*MS **H**, fols 21r–23r, with the title 'Item beati Hieronimi excerptum de episcopis'; MS **M**, fols 23r–25r, with the title 'Item beati Hieronimi excerptum de episcopis' (ed. [partial] FEHR, Hirtenbriefe, 257–58)*

| | |
|---|---|
| *Source (*beati pauli apostoli ... namque ad timotheum*)* | *unidentified* |
| *Source (*oportet ergo episcopum ... incidat diaboli*)* | *1 Tim 3:23, 6* |
| *Source (*oportet enim episcopum ... contradicunt arguere*)* | *Tit 1:7–9* |
| *Source (*quod ait ad timotheum*)* | *unidentified* |
| *Source (*oportet episcopum ... grex ceteri nominentur*)* | *CAAC.816.11 (ed. Werminghoff, 328, lines 21–6) — JEROME, Epistola 69, c. 8 (ed. Hilberg, p. 694 line 19–p. 695 line 2)* |
| *Source (*sic lingua inreprehensibilis ... operibus destruitur*)* | *CAAC.816.11 (ed. Werminghoff, 328, lines 27–8) — JEROME, Epistola 69, c. 8 (ed. Hilberg, I, 695, lines 3–5)* |
| *Source (*id est ante electionem non post ordinationem*)* | *unidentified* |
| *Sourcre (*et non comedens ... tempore cybaria*)* | *CAAC.816.10 (ed. Werminghoff, 327, lines 17–18) — JEROME, Comm.ad Titum v. 1:7 (PL 26, col. 566B)* |
| *Source (*prudentia decet episcopum uelut doctorem ęcclesiae*)* | *unidentified* |
| *Source (*et sacerdotalis pudicitia ... sit libera*)* | *CAAC.816.10 (ed. Werminghoff, 328, lines 13–14) — JEROME, Comm.ad Titum vers. 1:8–9 (PL 26, col. 569A)* |
| *Source (*non comptum uestibus sed moribus*)* | *unidentified, but cf. CAAC.816.94 (ed. Werminghoff, 371, lines 6–7) — cf. JEROME, Epistola 52, c. 5 (ed. Hilberg, I, 424, lines 1–2)* |
| *Source (*qui uitia non habet ... ornatus est*)* | *CAAC.816.11 (ed. Werminghoff, 328, lines 33–4) — JEROME, Epistola 69, c. 8 (ed. Hilberg, I, 695, lines 19–20)* |
| *Source (*si enim omnes christi ... inhumanus est*)* | *cf. CAAC.816.9 (ed. Werminghoff, 325, lines 35–8); CAAC.816.10 (ed. Werminghoff, 328, lines 8–10) — JEROME, Comm.ad Titum vers. 1:8–9 (PL 26, col. 568A)* |

| | |
|---|---|
| *Source (*doctrina namque a sacerdotibus exquiritur*)* | *unidentified, but cf. CAAC.816.11 (ed. Werminghoff, 329, lines 3–4) — cf. JEROME, Epistola 69, c. 8 (ed. Hilberg, I, 696, line 5)* |
| *Source (*innocens enim ... deterrenda est*)* | *CAAC.816.11 (ed. Werminghoff, 329, lines 4–6) — JEROME, Epistola 69, c. 8 (ed. Hilberg, I, 696, lines 6–9)* |
| *Source (*uinolentia scurronum ... maledictus non remaledixit*)* | *CAAC.816.11 (ed. Werminghoff, 329, lines 8–13) — JEROME, Epistola 69, c. 9 (ed. Hilberg, I, 696, lines 12–21)* |
| *Source (*altiori tamen intellectu*)* | *unidentified* |
| *Source (*non percussorem illum ... percutiat infirmorum*)* | *CAAC.816.10 (ed. Werminghoff, 327, lines 30–2) — JEROME, Comm.ad Titum v. 1:7 (PL 26, col. 567B)* |
| *Source (*duobus malis unum ... modestia refrenetur*)* | *CAAC.816.11 (ed. Werminghoff, 329, line 14) — JEROME, Epistola 69, c. 9 (ed. Hilberg, I, p. 696 line 21–p. 697 line 1)* |
| *Source (*audiant hoc*)* | *unidentified* |
| *Source (*qui garrulitatem ... semonibus intonant*)* | *CAAC.816.11 (ed. Werminghoff, 329, lines 15–16) — JEROME, Epistola 69, c. 9 (ed. Hilberg, I, 697, lines 3–5)* |
| *Source (*iracundus doctor ... potius uulnerat*)* | *CAAC.816.33 (ed. Werminghoff, 354, lines 28–30); ISIDORE, Sententiae 3.40.1 \| adapted* |
| *Source (*id est non tumentem ... pluribus prosit*)* | *CAAC.816.10 (ed. Werminghoff, 327, lines 21–2) — JEROME, Comm.ad Titum v. 1:7 (PL 26, col. 566B)* |
| *Source (*turpis lucri appetitus ab episcopo debet esse alienus*)* | *CAAC.816.10 (ed. Werminghoff, 327, lines 32–3), abbrev. — JEROME, Comm.ad Titum v. 1:7 (PL 26, col. 567C)* |
| *Source (*episcopus qui imitator ... crastina cogitemus*)* | *CAAC.816.10 (ed. Werminghoff, 327 line 37–p. 328 line 2) — JEROME, Comm.ad Titum v. 1:7 (PL 26, col. 567C–D). Note: the sources have 'zona' instead of 'petra'.* |
| *Source (*auaritiam in sacerdotem ... cuiquam probans*)* | *CAAC.816.11 (ed. Werminghoff, 329, lines 17–18) — JEROME, Epistola 69, c. 9 (ed. Hilberg, I, 697, lines 5–6)* |
| *Source (*heri caticuminus ... discipuli iam magistri sunt*)* | *CAAC.816.11 (ed. Werminghoff, 329, lines 26–34) — JEROME, Epistola 69, c. 9 (ed. Hilberg, I, 698, lines 2–5 + p. 698 line 11–p. 699 line 1)* |
| *Source (*iustus quoque episcopus ... et subditos habet*)* | *CAAC.816.10 (ed. Werminghoff, 328, lines 14–18) — JEROME, Comm.ad Titum vers. 1:8–9 (PL 26, col. 569A–B)* |
| *Source (*talis ergo sit pontifex christi ... obseruare oportet*)* | *CAAC.816.11 (ed. Werminghoff, 330, lines 3–4) — JEROME, Epistola 69, c. 9 + 10 (ed. Hilberg, I, 699, lines 6–7 + lines 13–14)* |

* * *

*There follows in **C**, pp. 194–97 an epitome of Hrabanus Maurus's De inst.cleric. 2.1–10 (also in MS **O**, pp. 205–12; see Jones, 'Wulfstan's liturgical interests', 352 no. 8). The second half of p. 197 and all of p. 198 was left blank by*

*the main scribe, suggesting that the scribe's exemplar of Coll.Wig. ended at this point. All further Coll.Wig.C chapters should therefore be viewed as of doubtful authenticity as respects the collection as shaped under Wulfstan of York.*

*The following canon has been added at the top of **C**, p. 198 by a hand of s. xi²*.

[C329a] [p. 198] REGORIUS {*sic*} MAXIMINIANO EPISCOPO SYRACUSANO. PRESBITEROS diaconos ceterosque cuiuslibet ordinis clericis. {clericos *corr.*} quibus animarum cura commissa est. uel qui ęcclesiis quoquomodo militant monachos uel abbates per monasteria fieri non permittas. nisi mortis grauitate coactos. et in seculari uita nimia obstinantia permanere nolentes. Satis incon[*]gruum {incongruum *corr.*} est si cum unus ex his ordo quis non possit explere. ad utrumque iudicetur idoneus.
*(catalog.* JONES, *'Ælfric's letter', no. 44)*
*Note: this canon a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*

| | |
|---|---|
| *Source* | *JOHN DIAC. Vita Gregorii 2.54 (PL 75, col. 112B–C) — DGRE.590.1282 (ed. Norberg, I, 229, lines 18–24), adapted* |
| *Source (*nisi mortis ... permanere nolentes*)* | *unidentified* |

[C330] [p. 199a][34] Quo tempore pascha celebretur.
Quod bigami non admittantur ad clerum.
Quod hi qui uiduam uel eiectam aut meretricem acceperint non admittantur ad clerum.
Clericum fideiussorem esse non posse.
Ut qui se eunuchizauerit: clericus non fiat.
Quod episcopus aut presbiter aut diaconus si pro criminibus dampnati fuerint. minime communione priuentur.
Quod officium pristinum dampnati pro criminibus usurpare non debeant.
Quod episcopus. presbiter et diaconus. aleator et ebriosus esse non debeat.
Quod[35] Laicus pellens suam coniugem: communione priue[n]tur. {priuetur *corr.*}
Expliciunt capitula niceni. {*sic*}
ncipit {*sic*} concilium eiusdem.
Ut nullus clericus feneretur.
De flectendo genu.
Quod subdiaconis licitum non est nuptiis interesse.
De diaconibus qui tempore ordinationis de nuptiis adtestati sunt.
De desponsatis puellis et ab aliis corruptis.
De his qui diuersis modo partus suos interimunt.
De presbiteris qui uxores acceperunt. uel fornicati sunt. [p. 199b]

---

[34] Pp. 199–200 in two columns.
[35] quod] *written by the main scribe, though possibly added later*

Quod non oporteat in bigami nuptiis orare presbiteris.
ncipit {*sic*} sinodus gangrensis.
De mulieribus quę utuntur uirilibus indumentis.
De mulieribus quę supretextu {*sic*} christianitatis adtondunt.
De continentia.
De diuersis ordinibus ab uxoribus abstinendis.
De auaritia. uel de terminis patrum.
Ut clerici non ad usuram fenerent.
De his qui in periculo positi reconciliantur.
Ut nullus episcopus. presbiter et diaconus conductor existat:
Et ut lectores uxores accipiant: et clerici abstineant ab usuris.
Et quo tempore. uel ipsi uel uirgines consecrentur.
Si quis clericus ordinatur moneri debet constituta seruare. et ut corporibus defunctorum eucharistia non detur. nec baptisma. [p. 200a] et ut per singulos annos per omnes prouincias ad concilium metropolitani conueniatur.
De episcopis uel sequentibus ordinibus qui sacrosancta misteria contrectant placuit ab uxoribus contineri.
Si quis clericorum pauper promotus in ordine postea habuerit aliquid, ęcclesię potestati subiciant.
Ut presbiteri rem ęcclesię in qua sunt constituti. non uendant. et nulli episcopo liceat rem tituli matris ęcclesiae usurpare.
Ut clerici ab uxoribus debeant abstinere.
De his qui uxores atque {*sic*} uiros dimittunt: ut sic maneant.
Quod adam non sit factus a deo mortalis.
Quod in oratione dominica sancti pro se dicant dimitte nobis debita nostra.

*(catalog. JONES, ‘Ælfric’s letter’, no. 45a)*
*Note: this text probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Note: these titles correspond to C331–69; titles for Coll.Wig.C340–42, 346–47, and 353 are omitted, however*

| | |
|---|---|
| *Source (*quo tempore ... communione priuetur*)* | *Can.apost. 8, 17, 18, 20, 22, 25, 29, 42, 48 (rubrics) (Dion.II). Note: the source for the final rubric reads ‘Laicum pellentem suam coniugem communione priuandum’* |
| *Source (*ut nullus clericus feneretur*)* | *CCAR.419.5.rubric (B); FVLG.FERANDVS Brev.canonum 123 (CCSL 149, 297)* |
| *Source (*de flectendo genu*)* | *CNIC.325.20.rubric* |
| *Source (*quod subdiaconis ... nuptiis interesse*)* | *unidentified* |
| *Source (*de diaconibus qui ... suos interimunt*)* | *CANC.314.9, 10, 20 (rubrics) (Dion.I/II)* |
| *Source (*de presbiteris qui ... orare presbiteris*)* | *CNEO.315.1.rubric (Dion.I/II), CNEO.315.7.rubric (Dion.II)* |
| *Source (*de mulieribus ... christianitatis adtondunt*)* | *CGAN.355.13.rubric (Dion.I/II) + CGAN.355.17.rubric (Dion.I)* |
| *Source (*de continentia ... uxoribus abstinendis*)* | *CCAR.419.3.rubric (A/B/C), CCAR.419.4.rubric (C)* |
| *Source (*de auaritia uel de terminis patrum*)* | *CCAR.419.5.rubric (B + C)* |

| | |
|---|---|
| *Source (*ut clerici non ad usuram fenerent*)* | *cf. Coll.Sanb. (marginal addition in MS* ***Ko****, fol. 37r)*[36] *— cf. CCAR.419.5.rubric (B)* |
| *Source (*de his qui in periculo ... ęcclesiae usurpare*)* | *CCAR.419.7, 16, 18, 25, 32–3 (rubrics) (C)* |
| *Source (*ut clerici ab ... debita nostra*)* | *Reg.eccl.Cart.exc. 70 (37), 102 (69), 109 (76), 115 (82) (rubrics)* |

[C331] **S**i quis episcopus aut presbiter. aut diaconus. sanctum paschę diem ante uernale ęquinoctium cum iudeis celebrauerit: deponatur.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[i])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Can.apost. 8 (Dion.I)*

[C332] i {*sic*}[37] quis post baptismum secundis [p. 200b] fuerit nuptiis copulatus aut concubinam. non potest esse episcopus. uel presbiter. aut diaconus. nec prorsus ex numero eorum qui ministerio sacro deseruiunt.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[ii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Can.apost. 17 (Dion.I/II)*

[C333] **S**i quis uiduam et eiectam acciperit. aut meretricem. aut ancillam. uel aliquam de his qui publicis spectaculis mancipantur. non potest esse episcopus. aut presbiter. aut diaconus. aut ex eo numero qui ministerio sacro deseruiunt.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[iii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Can.apost. 18 (Dion.I/II)*

[C334] **C**lericus fideiussionibus inseruiens. deponatur.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[iv])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Can.apost. 20 (Dion.I)*

[C335] **S**i quis abscidit semetipsum id est si qua {*sic*} amputauit sibi uirilia. non fiat clericus. quia suus homicida est. et dei condicionis inimicus.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[v])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Can.apost. 22 (Dion.I/II)*

[C336] **E**piscopus. aut presbiter. uel diaconus. qui in fornicatione. aut periurio. aut furto captus est. deponatur. non tamen communione priuetur. Dicit enim scriptura. Non uindicabit dominus bis in idipsum. {Na 1:9}

---

[36] Munier notes (CCSL 149, p. 118), possibly in error, that this marginal addition occurs in MS **P**.

[37] i] *read* si

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[vi])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Can.apost. 25 (Dion.I/II)*

[C337] **S**i quis episcopus. aut presbiter. uel diaconus [p. 201] potius quam iuste[38] super certis criminibus ausus fuerit adtractare ministerium. dudum sibi commissum. hic ab aecclesia omnimodis penitus abscidatur.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[vii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Can.apost. 29 (Dion.II)*
*Source (*potius quam iuste*)* *unidentified. Note: Can.apost. 29 reads 'depositus iuste'*

[C338] **E**piscopus aut. presbiter. uel diaconus. alęę atque ebrietati deseruiens. aut desinat. aut certe dampnetur.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[viii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Can.apost. 42 (Dion.I/II)*

[C339] **S**i quis laicus uxorem propriam pellens. alteram uel ab alio dimissa duxerit. communione priuetur.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[ix])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*cf. C125b*
*Source* *Can.apost. 48 (Dion.I/II)*

[C340] **D**e eunuchis et qui seipsos abscidunt. uel eunuchizant. in totum ad clerum admitti non debent.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[x])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Note: this canon (really a rubric) not represented in the list of capitula in C330*
*Source* *CNIC.325.1.rubric (prisca), adapted*

[C341] i {*sic; lege* **S**i} quis per languorem a medicis sectus est. aut a barbaris abscisus. iste maneat in clero.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xi])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Note: this canon not represented in the list of capitula in C330*
*Source* *CNIC.325.1 (prisca; Attici), first sentence*

[C342] **S**i quis autem sanus se abscidit. etsi in clero positum. abici oportet et ceteri. nullum ex his debere promoueri. Ita et hiis qui a barbaris uel ab dominis castrati sunt. ubi inueniuntur enim. hos a canonibus non posse a clericatu suo uel a presbiteratu summoueri.

---

[38] potius quam iuste] *'with force and unjustly' ?*

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Note: this canon not represented in the list of capitula in C330*
*Source (*si quis ... debere promoueri*)* *CNIC.325.1 (prisca), second sentence*
*Source (*ita et hiis ... inueniuntur enim*)* *CNIC.325.1 (prisca), last sentence, adapted*
*Source (*hos a canonibus ... summoueri*)* *unidentified*

[C343] **Q**uam {*sic*} multi sub regula constituti auaritiam et turpia lucra sectantur oblitique diuine scripture dicentes. {*sic*} Qui peccuniam suam non dedit ad usuram. {Ps 15:5} Cum mutuum dederunt: centesimas exigunt. Iuste constituit sancta et magna synodus. ut si quis inuentus fuerit post hanc deffinitionem usuras accipiens. aut ex adinuentione aliqua uel quolibet modo negotium transigens. aut hemiolia. id est sescupla exigens. uel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia. deiciatur a clero. et alienus existat a regula.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xiii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *CNIC.325.17 (Dion.I)*

[C344] **Q**uoniam sunt quidam qui in die dominico genu flectentes. et in diebus pentecostes. ut omnia in uniuersis locis consonanter obseruantur. placuit sancto concilio stantes domino uota persoluere.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xiv])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *CNIC.325.20 (Dion.I/II)*

[C345] **N**ullum autem subdiaconorum ad nuptias transire precepimus. ne aliquam preuaricationem adsumpserit.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xv])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Const.Silv. 8 (SK1) (ed. Wirbelauer, 238–40, lines 135–36)*

[C346] ullus[39] {*sic*} lector uel hostiarius uasa sacrata contingere audeat. [p. 202]
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xvi])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Note: this canon not represented in the list of capitula in C330*
*Source* *Const.Silv. 9 (SK1) (ed. Wirbelauer, 240, line 137); Const.Silv. 6 (SK2) (ed. Wirbelauer, 312, line 127) | adapted*

[C347] **U**t nullus ex laica persona ad honorem accoliti subleuetur: nisi prius fuisset lector annos XXX. Deinde una die exorcista. et postea accipiat onus accoliti. et sit in eodem ordine accolitus annos X. et postea accipiat onus subdiaconatus. et in subdiaconatu autem annos V permaneat. et

[39] ullus] *read* nullus

deinde ad diaconatum pertingit. Itaque XXX presbiterorum examen ut esset {*sic*} diaconi cardinales quia ad {*!*} primam sedem erat constituum {*sic*} et seruiret annos VII.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xvii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Note: this canon not represented in the list of capitula in C330*
*Source* *Const.Silv. 11 (SK1) (ed. Wirbelauer, 242, lines 158–64), abbrev., adapted*

[C348] iaconi {*sic*} quando ordinantur. si in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes. uelle se uxorem ducere. nec posse contineri. Hi si postmodum ad nuptias conuenerint: in ministerio maneant propterea quod his episcopus licentiam dederit; Quicumque sane tacuerunt: et susceperunt manus impositione professi continentiam: et postea ad nuptias conuenerunt; a ministerio cessare debebunt;
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xviii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *CANC.314.9 (Dion.I)*

[C349] esponsatas {*sic*} puellas et postea ab aliis raptas. placuit erui. et his reddi quibus ante fuerunt desponsatę etiamsi eis a raptoribus uis inlata constiterit.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xix])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *CANC.314.10 (Dion.I)*

[C350] **D**e mulieribus quę fornicantur et partus suos necant. uel quę agunt secum. ut de utero conceptus excutiant; Antiqua quidem definitio usque ad exitum uitę eas ab ęcclesia remouet; Humanus {*sic*} autem nunc definimus. ut eis X annorum tempus secundum prefixos gradus penitentię tribuantur.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xx])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *CANC.314.20 (Dion.I)*

[C351] **P**resbiter si uxorem acceperit: ab ordine deponatur. Si uero fornicatus fuerit. aut adulterium perpetrauerit: expellatur amplius. et ad penitentiam deducatur.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxi])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *CNEO.315.1 (Dion.I)*

[C352] **P**resbiteris in nuptiis bigami orare non conuenit. quia cum penitentia bigamus egeat. quis[40] erit presbiter qui propter conuiuium talibus nuptiis possit [p. 203] prebere consensum?
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *CNEO.315.7 (Dion.II), adapted*

---

[40] quis] quis, *with macron above, as if* quamuis

[C353] **S**i quis carnem preter sanguinem et idolis immolatum et suffocatum cum religione manducantem et fide condempnat tamquam spem propter aesum huiuscemodi non habentem: anathema sit.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxiii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Note: this canon not represented in the list of capitula in C330*
*Source CGAN.355.2 (Dion.I)*

[C354] **S**i qua mulier propter continentiam quę pututur {putatur *corr.*} commutat habitum et pro solitis mulieribus uestibus uiriles adsumit: anathema sit.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxiv])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Note: this canon and C355 are referred to by the same capitulum in C330*
*Source CGAN.355.13 (Dion.I)*

[C355] **S**i qua mulierum propter diuinum cultum ut estimat crines attondunt {*sic*} quos ei deus ad subiectionis memoriam tribuit. tamquam preceptum dissoluans obędientię: anathema sit.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxv])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Note: this canon and C354 are referred to by the same capitulum in C330*
*Source CGAN.355.17 (Dion.I)*

[C356] **A**urelius episcopus dixit Cum preterito concilio de continentię et castitatis moderamine tractaretur. gradus. isti tres qui constrictione quadam castitatis per consecrationis annexi sunt; Episcopos inquam presbiteros et diaconos ita placuit. ut condecet sacros antistites. ac dei sacerdotes. necnon leuitas qui sacramentis diuinis inseruiunt. continentes esse in omnibus quod possunt simpliciter quod a domino postulant impetrare: ut quod apostoli docuerunt. et ipsa seruabit antiquitas: nos quoque custodiamus.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxvi])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source CCAR.419.3 (A/C)*

[C357] **F**austinus episcopus ęcclesię potentine prouincie piceni legatus romanę ecclesie dixit. Placet ut episcopus. presbiter et diaconus uel qui sacramenta contrectant: pudicitię custodes ab uxoribus se abstineant. Ab uniuersis episcopis dictum est. placet. Ut in omnibus et ab omnibus pudicitia custodiatur qui altari inseruiunt.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxvii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source CCAR.419.4 (C)*

[C358] **A**urelius episcopus dixit. Auaritiae cupiditas quam rerum omnium malorum matrem esse nemo quis dubitet. proinde prohibenda est. ne quis alienos fines. usurpet aut per premium terminos patrum statutos transcendat.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxviii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *CCAR.419.5 (A, B), first sentence*

[C359] lericis[41] {*sic*} itaque licitum [p. 204] non est de quibuslibet feneribus accipere usuram quę uel obscure sunt. uel sub genere latent inspecta[42] ea {*sic*} nobis formam accipiant. ceterum de quibus apertissime diuinas scripturas sanxit non est ferenda sententia: sed potius exequendam. proinde quod in laicis deprehenditur id multo magis debet in clericis. predampnari uniuersum concilium. dixit. Nemo contra prophetas. nemo contra euangelia facit sine periculo.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxix])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *CCAR.419.5 (C) (ed. Munier, 134, lines 42–50), first part adapted*

[C360] **A**urelius episcopus dixit. Si quisquam in periculo fuerit constitutus. et reconciliare diuinis altaribus petierit. Si episcopus absens fuerit. debet utique presbiter consulere episcopum. et sic periclitantem eius precepto reconciliare quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab uniuersis episcopis dictum est. placet quod sanctitas uestra necessario nos instruere dignata est.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxx])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*O14*
*Source* *CCAR.419.7 (A, B, C)*

[C361] **I**tem placuit. ut episcopi. presbiteri et diaconi. non sint conductores aut procuratores neque ullo turpi negotio et inhonestum uictum querant. quia respicere debent scriptum esse. Nullus militans deo implicat se negotiis secularibus. {2 Tim 2:4} Placuit ut lectores cum ad annos pubertatis uenerint. cogantur. aut uxores ducere. aut continentiam profiteri. Item placuit ut clericus commodauerit pecuniam. peccuniam accipiant. si speciem eandem speciem. quam dederit accipiat. et ut ante uiginti quinque annos ętatis. nec diacones ordinentur. nec uirgines consecrentur. et ut lectores populum non saluent. {*sic*}
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxxi])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Note: this canon represented three times in the list of capitula in C330*
*Source* *CCAR.419.16 (C). Note: the source reads 'ante uiginti annos aetatis'; for 'uiginti quinque annos', cf. CCAR.419.16 (19.a) (A, B)*

---

[41] lericis] *read* clericis

[42] inspecta ea] *read* inspectae a

[C362] **I**tem placuit ut ordinatis episcopis uel clericis prius ab ordinatoribus suis placita conciliorum auribus eorum inculcentur ne se aliquid constituta {*sic*} concilii fecisse peniteant. Item placuit ut corporibus de[p. 205]functorum eucharistia non detur. Scriptum est enim. Accipite et edite; {Mt 26:26} cadauera autem nec accipere possunt nec edere. etiam mortuos homines. homines {*sic*} baptizari faciat presbiterorum ignauiam. {*sic*} pro qua re confirmandum est in hac sancta synodo. ut secundum nicea statuta propter causas ecclesiasticas quę ad perniciem plebium sepe ueterescunt. singulis quibusque annis concilium conuocetur. Ad quod omnes prouincię quę primas sedes habent de conciliis suis binos aut quantos elegerint episcopos delegatos mittantur. ut in congregata {*sic*} conuentu plena possit esse auctoritas.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxxii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source CCAR.419.18 (A, C)*

[C363] **A**urelius episcopus dixit. Addimus fratres karissimi preterea cum de eorundam clericorum quamuis lectorum erga uxores proprias incontinentia referetur? Placuit quod et in diuersis conciliis firmatum est sub diaconis qui sacra misteria contrectant. et diaconis et presbiteris sed et episcopi secundum propria statuta etiam ab uxoribus se contineant. ut tamquam non habentes uideantur esse. Quod nisi fecerint: ab ęcclesiastico remouentur {*sic*} officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi. nisi maturiore ętate ab uniuerso concilio dictum est quę uestra sanctitas est iustę moderata. et sancta et deo placita sunt confirmamus.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxxiii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*cf. C366*
*Source CCAR.419.25 (A, C)*

[C364] **I**tem placuit ut episcopi. presbiteri. diaconi. uel quicumque clerici qui nihil habentes ordinentur. et tempore episcopatus uel clericatus sui agros uel quęcumque predia nomine suo comparant tamquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur. nisi admoniti in ęclesia eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprię aliquid liberalitate alicuius uel successione cognationis obuenerit: faciant inde quod eorum proposito congruit. quod si a suo proposito retrorsum [p. 206] exorbitauerit. honore ęcclesiastico indigni tamqam reprobi iudicentur.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxxiv])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source CCAR.419.32 (A, C)*

[C365] tem[43] {*sic*} placuit ut presbiteri non uendant rem ęcclesiae: ubi sunt constituti nescientibus episcopis suis: quomodo et episcopis non licet uendere predia ęcclesię ignorante concilio. uel presbiteris suis non habente ergo necessitate. {*sic*} nec episcopo liceat matricis ęcclesię rem tituli sui usurpare.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxxv])*

[43] tem] *read* item

*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *CCAR.419.33 (C)*

[C366] reterea[44] {*sic*} cum de eorundem clericorum quamuis erga uxores proprias incontinentia refferetur. Placuit episcopos et presbiteros et diaconos secundum priora statuta etiam ab uxoribus continere. quod nisi fecerint: ab ęcclesiastico remoueantur [ab] {[ab] *ras.*} officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi. sed secundum uniuscuiusque ęcclesię consuetudinem obseruari debere.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxxvi])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*cf. C363*
*Source* *Reg.eccl.Cart.exc. 70 (37); cf. CCAR.419.25 (30) (A, B, C)*

[C367] **P**lacuit ut secundum euangelicam et apostolicam disciplinam. neque dimissus ab uxorem: {uxore *corr.*} neque dimissa a marito alteri coniugatur: sed ita maneant. aut sibimet reconcilientur. quod si contempserint: ad penitentiam redigantur {religantur *corr.*} in qua causam {*sic*} legem imperialem petendam promulgari.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxxvii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Reg.eccl.Cart.exc. 102 (69)*

[C368] t[45] {*sic*} quicumque dicit Adam primum hominem mortalem factum: ita ut sibi peccaret. siue non peccaret moreretur in corpore. hoc est de corpore exiret non peccati merito sed necessitate naturę: anathema sit.
*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxxviii])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Reg.eccl.Cart.exc. 109 (76) — CCAR.418.1 (rec.Gall.); cf. Conc.Milev. 1*

[C369] **I**tem placuit ut quicumque dixerit in oratione dominica id dicere eos sanctos dimitte nobis debita nostra. {Mt 6:12} ut non pro se ipsis hoc dicant quia non est eis iam necessaria ista petitio. sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores. et ideo non dicere unumquemque sanctorum dimitte mihi debita mea: sed dimitte nobis debita nostra. ut hoc pro aliis potius quam pro se iustus petere intellegatur: anathema sit. Sanctus enim et iustus erat apostolus iacobus cum dicebat. In multis [p. 207] enim offendimus omnes. {Iac 3:2} nam quare additum est omnes nisi ut ista sententia conueniret. et psalmo ubi legitur? Ne intres in iudicio cum seruo tuo quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. {Ps 142:2} Et in oratione sapientissimi salomonis. Non est homo qui non peccauit. {4 Rg 8:46} Et in libro sancto iob; In manu omnis homo infirmitatem suam. {Iob 37:7} Unde etiam danihel sanctus et iustus cum in oratione pluraliter diceret. Peccauimus iniquitatem fecimus. et cetera {Dn 9:5} quę ibi ueraciter et humiliter confitetur ne puteretur quemadmodum quidam sentiunt hoc non de suis sed de populi sui potius

---

44 reterea] *read* preterea

45 t] *read* ut

dixisse peccatis. Postea dixit cum orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei domino deo meo {Dn 9:20} uoluit {*sic*} dicere peccata nostra sed et populi sui dixit et sua quoniam futuros istos qui tamquam prophetam {*sic*} preuidet.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 45b[xxxix])*
*Note: this canon probably a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Reg.eccl.Cart.exc. 115 (82) — CCAR.418.8 (rec.Quesn.). Note: 'hominis signat ut sciat omnis' (Iob 37, 7) and 'tam male intellegerent' probably omitted through homoioteleuton*

*The following three canons have been added to **C**, pp. 207–08 by a later hand (Jones's Scribe 2).*

[C369a] **DE CAPITVLIS BEATI PAPĘ ADRIANI ET ANGILRAMNI EPISCOPI.**
Accusationes aduersus doctorem nemo suscipiat quia non potest humano condempnari examine quem deus suo iudicio reseruauit.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 46[i])*
*Note: this text a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Cap.Angilramni 71 (12)*

[C369b] Presbiter non aduersus episcopum. non diaconus aduersus presbiterum. non acolitus aduersus subdiaconum. non exorcista aduersus acolitum. non lector aduersus exorcistan. {*sic*} non ostiarius aduersus lectorem det accusationem aliquam. Et non condemnabitur praesul. nisi in septuaginta duobus. Neque praesul summus a quoquam iudicabitur. Quoniam scriptum. est. non. est. discipulus super magistrum. {Mt 10:24; Lc 6:40} Presbiter autem in cardine constitutus [p. 208] nonnisi in quadraginta IIIIor testibus damnabitur. Diaconus cardinarius constitutus urbis romę. Nisi in uiginti sex non condempnabitur. Subdiaconus. acolitus exorcista lector. nisi sicut scriptum est in septem testibus non condempnabitur. Testes autem sine aliqua sint infamia. uxores et filios habentes et omnino christum praedicantes.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 46[ii])*
*Note: this text a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *Cap.Angilramni 72 (13) — Const.Silv. 3 (SK1) (ed. Wirbelauer, 236–38, lines 105–15), abbrev., adapted. Note: 'non subdiaconus adversus diaconum' probably omitted through homoioteleuton*

[C369c] **EX CONCILIO TOLETANO.**
Episcopus. presbiter. aut diaconus. si a gradu suo. iniuste deiectus in secunda synodo innocens repperiatur non potest. esse. quod fuerat nisi gradus amissos recipiat coram altari[o] {altari *corr.*} de manu episcoporum. Si episcopus est orarium anulum et baculum. si presbiter orarium et planetam. si diaconus orarium et albam. si subdiaconus patęnam et calicem. Sic et reliqui gradus ea in raparationem sui recipiant. quae cum ordinarentur perceperant.

*(catalog. JONES, 'Ælfric's letter', no. 47)*
*Note: this text a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *CTOL.633.28. Note: 'ut si episcopus fuerit' probably omitted through homoioteleuton*

***C** ends here. Corpus 265, pp. 209–36 comprise a separate section of the codex, which was copied by later scribes (Jones's scribes 2–5), and which was bound to **C** sometime before the fourteenth century. On the one hand, this gives serious grounds for doubting that the following chapters originally formed part of Coll.Wig. On the other hand, the authenticity of the excommunication rites in Corpus 265, pp. 209–15 is suggested by the fact that similar rites are also found in Coll.Wig.D 270–71 (though note that these are near the end of Coll.Wig.D and in the company of much inauthentic material).*